P. PAPINII STATII

ACHILLEIDOS

LIBRI V.

CUM APPOSITIS

ITALICO CARMINE

INTERPRETATIONIBUS

AC NOTIS.

T *O M U S IV.*

MEDIOLANI. MDCCLXXXVIII.

TYPIS IMPER. MONAST. S. AMBROSII MAJORIS.
SUPERIORUM PERMISSU.

DELL'

ACHILLEIDE

DI STAZIO.

LIBER PRIMUS.

MAgnanimum Æaciden, formidatamque Tonanti
Progeniem, patrio vetitam ſuccedere cœlo
Diva refer. Quamquam acta viri multum inclyta cantu
Mæonio, ſed plura vacant; nos ire per omnem
(Sic amor eſt) Heroa velis, Scyroque latentem 5
Dulichia proferre tuba; nec in Hectore tracto
Siſtere; ſed tota juvenem deducere Troja.
Tu modò, ſi veteres digno deplevimus hauſtu,
Da fontes mihi Phœbe novos, ac fronde ſecunda
Necte comas; neque enim Aonium nemus advena pulſo,
Nec mea nunc primis albeſcunt tempora vittis. 11
Scit Dircæus ager; meque inter priſca parentum
Nomina, cumque ſuo memorant Amphione Thebæ.
At tu, quem longè primum ſtupet Itala virtus,

1. *Formidatamque Tonanti*. Id eſt, quam Juppiter expavit. Cum enim Juppiter Thetidis forma delectatus eam ſibi in matrimonium adjungere cuperet: Prothei vatis monitu connubium ejus vitavit: cum ex ea oriturum filium cognoſceret, qui patris facta ſuperaret, majorque eo vocaretur. De quo ita Ovidius.

Namque ſenex Thetidi, &c.
Ergo ne quicquam mundus Jove majus haberet (quamvis haud tepidos ſub pectore ſenſerat ignes Juppiter) æquoreæ Thetidis connubia vitat.

6. *Dulichia tuba*. Id eſt Ulyſſis: qua Achillem inflammavit ad bellum: non autem tuba Homeri qua Ulyſſis facta cecinit, ut quidam arbitrantur. Dulichium una eſt Echinadum inſularum, quæ alio nomine auctore Strabone Dolicha nominata eſt: olim Ulyſſis ditioni ſubdita.

13. *Suo memorant Amphione Thebæ*. Zetus & Amphion Jovis & Antiopæ filii. Zetus ruſticus, Amphion muſicus. Amphion citharam à Mercurio meruit, cujus dulcedine dicitur muros ſtruxiſſe Thebanos.

LIBRO PRIMO.

TRADUZIONE DEL SIG. DON ORAZIO BIANCHI, ACCADEMICO QUIRINO.

Il magnanimo Achille, ancor da Giove
Prole temuta sì, che sede in cielo
Dar non gli volle, e il tenne indi lontano,
Donde la prima origine traea,
Musa mi narra; che se ben cantonne
Meonio Vate le più chiare imprese,
Molte ne tacque ancora, e del mio ingegno
Un fervido disio spiega le vele
A celebrarle tutte ad una ad una.
Di lui nascoso fra le ancelle in Sciro
La fama spargerò con greca tromba;
Ma poi che il forte Ettorre al Xanto in riva
Strascinò per la polve al carro avvinto,
Non vuò restar, e seguirà il mio canto
Le di lui sotto Troja inclite prove.
Tu, se altra volta nel sagrato fonte
Non invano attuffai le ardenti labbra,
Colà mi riconduci, o Dio di Delo,
E mi cingi d' allor le tempie, e il crine:
Nè vengo già dentro l' Aonio bosco
Le prime orme a segnar' ospite novo,
Nè questo è il primo dì che al capo avvolgo
Sparse di stille Ascree le bianche bende:
Sallo di Dirce il celebre paese,
E me dei padri fra gli antichi nomi
Con Anfione suo Tebe risuona.
Voi che tra Greci, e tra Latini avete
D' alto saper il più eccellente onore,

Grajaque, cui geminæ florent vatumque, ducumque
Certatim laurus (olim dolet altera vinci) 16
Da veniam, ac trepidum patere hoc ſudare parumper
Pulvere; te longo, nec dum fidente paratu
Molimur, magnuſque tibi præludit Achilles.
Solverat Oebalio * claſſem de littore paſtor 20
Dardanus; incautas blandè populatus Amyclas,
Plenaque materni referens præſagia ſomni
Culpatum relegebat iter, quà condita ponto
Fluctibus inviſis jam Nereis imperat Helle.
Cum Thetis Idæos (heu nunquam vana parentum 25
Auguria) expavit vitreo ſub gurgite remos.
Nec mora; & undoſis turba comitante ſororum
Proſiluit thalamis; fervent coëuntia Phryxi *
Littora, & anguſtum dominas non explicat æquor.
Illa ubi diſcuſſo primùm ſubit aëra ponto: 30

15. *Itala virtus Grajaque*. Ad illud certamen reſpexit, quod quinquennale Capitolino Jovi inſtituerat triplex, muſicum, equeſtre, gymnicum. In quo certabatur etiam & proſa oratione Græce Latineque ut ideo dicat omnibus oratoribus tam Gr. quam Latinis fuiſſe mirabilem.

23. *Qua condita ponto*. Helleſpontum dicit: Ita enim appellatur mare, quod à Tenedo in Propontidem tendit, eo Aſia ſeptem ſtadiis ſeparatur ab Europa.

25. *Idæos*. Trojanos ab Ida monte Phrygiæ Iliensibus propinquo. Eſt autem in ſcolopendræ modum, & multipes ab Homero appellatur; alius eſt ejuſdem nominis in Creta.

Cui fiorifcono a gara i doppi allori
Onor d' Imperadori, e di Poeti
(Nè i primi agli altri fan cedere il vanto)
Porgete al canto mio cortefe orecchio
Per breve tempo, finchè alla prefiffa
Meta, ver dove io moffi il piede, arrivi.
Lungo tempo è che medita mia Mufa
Argomento più vafto, e dir di voi,
Nè per tanto apparecchio ancor fi fida.
Onde a formar degno d' Eroe lo ftile
Col grande Achille vuol tentarne il faggio.
Il Dardano Paftor le armate navi
Dai Laconici lidi fciolte avea,
E fotto l' ofpital fede ficura
Con fue lufinghe faccheggiato Amicle;
E riportando la fatal cagione,
Ed avverati della madre i fogni,
Su 'l mal prefo viaggio rifolcava
Il mâr, là dove fra i temuti flutti
ELLE fommerfa gli dà il nome ancora.
Quando Tetide vide (ahi che gli augurj
Dei genitori mai vani non furo)
Il caldo sforzo della ciurma Idea,
Temendo fotto l' onde criftalline
I gravi colpi dei piegati remi,
Alzò la tefta dall' ondofo letto
Delle forelle fue coll' ampio coro.
Bollir viderfi all' or gli ftretti lidi
Di Friffo, che fpiegar l' angufto mare
Tutta non può la numerofa fchiera
Di tante Ninfe, ch' han di lui l' impero.
Trattafi Teti appena dal profondo
Galleggiante fu l' acque all' aer novo:
Contro di me, contro di me, dicea,

Me petit, hæc mihi claſſis (ait) funeſta minatur.
Agnoſco monitus *, & Protea vera locutum.
Ecce novam Priamo, facibus de puppe levatis,
Fert Bellona nurum; video jam mille carinis
Ionium *, Ægæumque premi; nec ſufficit, omnis 35
Quod plaga Grajugenum tumidis conjurat Atridis:
Jam pelago, terriſque meus quæretur Achilles,
Et volet ipſe ſequi; quid enim cunabula parvo
Pelion, & torvi commiſimus antra magiſtri?
Illic (ni fallor) Lapitharum prælia ludit 40
Improbus, & patria jam ſe metitur in haſta.
O dolor, o ſeri materno in corde timores
Non potui infelix cum primum in gurgite noſtro
Rhœtææ * cecidere trabes, attollere magnum
Æquor? & inceſti prædonis vela, profunda 45
Tempeſtate ſequi? cunctaſque inferre ſorores?
Nunc quoque; ſed tardum eſt, jam plena injuria raptæ.
Ibo tamen, pelagique deos, dextramque ſecundi,
Quod ſupereſt, complexa Jovis, per Thetyos amnes,
Grandævumque patrem, ſupplex miſeranda rogabo 50

34. *Bellona*. Dea belli & ſoror Martis, quam & Minervam fuiſſe credidit antiquitas, cui ex proprio ſanguine ſacerdotes ſacrificabant. Eam ſecundi Jovis filiam ſcribit fuiſſe Cicero, bellorumque inventricem atque principem: & ob id à nonnullis Bellonam appellatam eſſe.

37. *Quæretur Achilles*. Nam in fatis erat Ilium capi non poſſe ſine armis & opera Achillis: quem quæſitum & inventum apud Lycomedem inter puellas regias ad Trojam perduxerunt Ulyſſes & Diomedes.

39. *Torvi magiſtri*. Id eſt, Chironis, quem antiquitas fabulata eſt filium fuiſſe Saturni ex Phillyra Oceani filia priore parte corporis hominem, poſteriore verò equum. Nam cum Saturnus cum Phillyra concumberet: & Ops ejus uxor interveniret in equum mutatus mulierem fecit gravidam. Hic autem cunctos ſui temporis bonitate & juſtitia ſuperavit.

Drizzate son coteste armate navi,
Che minacciano strage: or mi sovviene
Ciò che Proteo avvertì: nè parlò indarno.
Vè che Bellona la novella nuora
Coi fanali inalzati all' alta poppa
Conduce a Priamo, e già da mille legnì
L' Ionio e il mar Egeo vedo ingombrati.
Nè val che tutti congiurati sieno
I Greci insieme coi superbi Atridi,
Che in terra, e in mare il mio figliuolo Achille
Ricercherassi; anzi vorrà seguirli
Egli stesso al cimento. E che mi giova
L' averlo dalla culla trasportato
Su 'l monte Pelio, e in orrida spelonca
Sotto rigida sferza ammaestrato?
Ivi (così non fosse) il cattivello
Altro giuoco non ha che le battaglie
Dei Lapiti, e misura colla lancia
Del padre suo la sua statura. O duolo,
O tardi nel mio cuor nato timore!
E non potei tosto che date furo
All' onde salse le Trojane navi
Gonfiar il vasto mar, e del pirata
Incestuoso dissipar le vele,
Tutte contro di lui le mie sorelle
Incitando a furor? Lo posso ancora;
Ma tardi omai, che già dal reo fellone
La Greca donna se ne va rapita.
Andronne pur', e tutti i Dei del mare
Colle preghiere mie, colle mie lagrime
Spero ammollir. Lo stesso Giove ancora,
(Che quest' ultimo sforzo mi rimane)
Scongiurerò per li sagrati fiumi,
E per la maestà del padre antico,

Unam hiemem; Dixit, magnumque in tempore regem
Aſpicit, Oceano veniebat ab hoſpite, menſis
Lætus, & æquoreo diffuſus nectare vultus;
Unde hiemes, ventique ſilent, cantuque quieto,
Armigeri Tritones eunt, ſcopuloſaque Cete, 55
Tyrrhenique greges, circumque, infraque rotantur
Rege ſalutato. Placidis ipſe arduus undis
Eminet, & triplici telo jubet ire jugales.
Illi ſpūmiferos glomerant a pectore fluctus,
Pone natant, delentque pedum veſtigia cauda. 60
Cui Thetis: O magni Rector Genitorque profundi
Aſpicis in quales miſerum patefeceris uſus
Æquor? eunt totis terrarum crimina velis.
Ex quo jura freti, majeſtatemque repoſtam
Rupit Jaſonia puppis pegaſæa rapina, 65
En aliud furto ſcelus, & ſpolia hoſpita portans
Navigat injuſtæ temerarius arbiter Idæ.
Heu heu quos gemitus terris, cæloque daturus!
Quos mihi! ſic Phrygiæ penſamus præmia palmæ.

65. *Puppis pegaſæa*. Jaſonis navis ad Pegaſas fabricata. Pegaſæ autem civitas fuit Theſſaliæ Pherarum emporium à quibus nonaginta diſtat ſtadiis, ab Colcho vero viginti: quo ex loco Pelias Jaſonem ac Argo navem emiſit & Pegaſas quidem appellatas voluere, quia illic navem Argo compegerint vel propter fontes quos πηγὰς Græci vocant.

Nè lascerò di stringergli la destra
Sinchè per una volta mi conceda
L' onde salse agitar colla burrasca.
Mentre così dicea volge lo sguardo
Al Re del Mare, che oppurtuno viene
Lieto e sparso del nettare marino
Dalle mense del gran padre Oceáno.
Tacciono i venti, e l' orride tempeste:
Gli armigeri Tritoni a lui dinanzi
Nuotando van con adagiato canto:
Ai fianchi le Balene smisurate,
Col muto gregge del Tirreno mare,
Chi quà, chi là guizzando a spessi giri
Corteggiano il suo Re, che maestoso
Tutto dall' onde placide s' inalza,
E col tridente stimola i cavalli,
Che al par nuotando gli spumosi flutti
Sbalzano sopra il petto, e colle code
Cancellano dai piè l' orme segnate.
A lui Teti rivolta così disse:
O gran Padre e Rettor del mar profondo
Vedi pur in qual' uso al fin la via
Per il povero mar hai tu concessa?
Tutte le reità commesse in terra,
Sciolte le vele, quì scorrono franche.
Da che la nave di Giasone offese
Del mar la maestà, le sacre leggi,
Col vello che da Colco ebbe rapito,
Ecco di nuovo il reo giudice d' Ida
Con pari scelleragine di furto
Naviga lieto, e l' ospite sen porta
Di lagrime cagione in cielo, e in terra,
E a me di quante! Oh in ver bella mercede
Per la Frigia vittoria a lui concessa!

Hi Veneris mores, hoc gratæ munus alumnæ? 70
Has ſaltem (non Semideos, noſtrumque reportant
Theſea) ſi quis adhuc undis honor, obrue puppes,
Aut permitte fretum, nulla inclementia; fas ſit
Pro nato timuiſſe mihi. Da tollere fluctus,
Nec tibi de tantis placeat me fluctibus unum 75
Littus, & Iliaci ſcopulos habitare ſepulchri.
Orabat laniata genas, & pectore nudo
Cæruleis obſtabat equis. Tunc Rector aquarum
Invitat curru, dictiſque ita mulcet amicis.
Ne pete Dardaniam fruſtra, Theti, mergere claſſem.
Fata vetant; ratus ordo deis, miſcere cruentas 81
Europæque, Aſiæque manus, conſultaque bella
Jupiter, & triſtes edixit cædibus annos.
Quem tu illic natum Sigeo in pulvere? quanta
Aſpicies victrix Phrygiarum funera matrum? 85
Cum tuus Æacides trepidos modò ſanguine Teucro
Undabit campos, modò craſſa exire vetabit
Flumina, & Hectoreo tardabit funere currus,

71. *Noſtrum Theſea*. Fuit is Ægæi regis Athenarum filius. Ægæus vero Neptuni. Rumor autem fuit à Pitheo materno avo diſſipatum, à Neptuno fuiſſe generatum, & propterea inquit noſtrum Theſea, id eſt, nepotem tuum vel filium.

76. *Et Iliaci ſcopulos ſepulchri*. Id eſt Sigei promontorii, juxta quod Achilles templum habet & tumulum, qui locus Achilleum nominatur. Ilienſes enim ei & Patroclo, Antilocho, & Ajaci ſacrificant.

Tali ſono di Venere i coſtumi.
E queſto è il dono della grata alunna?
Deh mi concedi almen, che queſte navi,
(Nè alcun de' Semidei, o Teſeo noſtro
Riconducono già dal ſuo viaggio)
Se ancora v' è nell' onde idea d' onore,
Si ſommergano al fondo, o ſe ti piace,
Ch' io diſponga del mar ſol' una volta
(Nè ſarà crudeltà, che ben' è giuſto
L' aver' io del mio figlio attenta cura.)
Di ſconvolgerlo, deh, dammi licenza;
Nè voler che di tanti e tanti flutti
Un lido ſol mi tocchi, e ſia riſtretta
Fra quattro ſcogli d' un ſepolcro d' Ilio.
Così pregava, le ſue belle gote
Lacerando coll' unghie, ed opponea
Ai cerulei cavalli il petto ignudo.
Il gran Rettor del mar allor l' invita
Su 'l carro algoſo, e con amiche voci
La conſola così: Teti diletta,
Di ſommergere omai le navi Dardane
Laſcia di domandar: no 'l vuole il Fato.
L' immutabil decreto degli Dei
E' che d' Aſia, e di Europa il ſangue ſcorra
Per feroci battaglie. Il ſommo Giove
Alle ſtragi ha preſcritto i modi e il tempo.
Nell' arena Sigéa oh come il figlio
Lieta vedrai, e delle Frigie Madri
Vincitrice udirai l' amaro lutto,
Quando il tuo Achille, or di Trojano ſangue
Innonderà li campi, ed ora i fiumi
Torbidi ſtringerà nel proprio letto;
E ſtraſcinando attorno il morto Ettorre,
Il carro guiderà meno veloce;

Impelletque manu nostros, opera irrita, muros.
Pelea jam desiste queri, thalamosque minores, 90
Credideris peperisse Jovi; nec inulta dolebis,
Cognatis utere fretis; dabo tollere fluctus
Cum reduces Danai, nocturnaque signa Caphareus *
Exeret, & dirum pariter quæremus Ulyssem.
Dixerat; illa gravi vultum demissa repulsa, 95
Quæ jam excire fretum, & ratibus bellare parabat
Iliacis, alios iterum commenta paratus,
Tristis ad Æmonias detorquet brachia terras.
Ter conata manu, liquidum ter gressibus æquor
Reppulit, & niveas feriunt vada Tessala plantas. 100
Lætantur montes; & connubialia pandunt *
Antra sinus, lateque deæ Sperchios abundat
Obvius, & dulci vestigia circuit unda.
Illa nihil gavisa locis, sed cœpta fatigat

98. *Æmonias terras.* Thessalicas. Hæmonia dicta est Thessalia ab Hæmone, à cujus filio Thessalo Thessalia est vocata. Auctor Strabo.
102. *Sperchios.* Thessaliæ fluvius est & in freto Dryopico monte nascens & juxta Thermopylas erumpens, cui cæsariem sese nutrire Achilles dicit apud Homerum. Ex eodem & Polydora Achillis sorore natus est Menesthius.

Allorchè lo vedrai romper le mura,
Ch' opra infelice fur di nostre mani.
Cessa omai di dolerti, se le nozze
Con Peleo ti toccar, e non con Giove
Per fortuna peggior, che il figlio tuo
Di Giove stesso crederassi figlio,
Nè invendicata sempre ti dorrai,
E del nativo mar potrai far' uso.
Allor farò che a tuo piacer turbato
Si gonfierà, quando le vele ai venti
Daranno i Greci di ritorno, e quando
Ingannatrice fiamma nella notte
Si accenderà sopra il Cafareo monte.
Allor, cara, del pari al fiero Ulisse
Naufragio in un recar potremo, e morte.
Sì disse il Dio del mar: Tetide intanto
China la fronte in petto racchiudea
Dell' acerba ripulsa il duolo amaro,
E cangiato il pensier d' agitar l' onde,
Colle quali assorbir le navi d' Ilio
Già meditato avea, mesta si volge
Ai lidi della prossima Tessaglia.
Rompe tre volte colle braccia i flutti,
Altrettante coi piè dietro li spinge,
Mentre alle bianche membra e delicate,
Fan questi offesa con lascivo assalto.
Già si allegrano i monti, e quei rimoti
Antri, che un tempo alle sue nozze diero
Il gradito ricetto, i conosciuti
Luoghi di nuovo all' occhio le presentano.
Lo Sperchio ancor più dell' usato gonfio
Si fa incontro alla Diva, e di dolci acque
Le vestigia di lei tutte circonda.
Non perciò rasserena il mesto ciglio,

Pectore consilia, & solers pietate magistra, 105
Longævum Chirona petit. Domus ardua montem
Perforat, & longo suspendit Pelion arcu.
Pars exhausta manu, partem sua ruperat ætas.
Signa tamen, divûmque tori, & quem quisque sacrarat
Accubitu, genioque, locus monstratur; at intra 110
Centauri stabula alta patent, non æqua nefandis
Fratribus. Hic hominum nullos experta cruores
Spicula, nec truncæ bellis genialibus orni,
Aut consanguineos fracti cratêres in hostes,
Sed pharetræ insontes, & inania terga ferarum. 115
Hæc quoque dum viridis; nam tunc labor unus inermi
Nosse salutiferas dubiis animantibus herbas,
Aut monstrare lyra veteres Heroas alumno,
Quem tunc venatu rediturum in limine primo
Opperiens, properatque dapes, largoque serenat 120
Igne domum. Tum visa procul de littore mater
Nereis, erumpit silvis, dant gaudia vires,

Ma

113. *Nec truncæ bellis genialibus orni*. Notat pugnam Centaurorum cum Lapythis, in nuptiis Pirithoi, qui cùm crateres & tela deficerent certò Cæneum non læderent, arboribus pugnasse finguntur: Ovidius 12. Metam. de hac eadem re:
Vidi ego Petræum conantem evellere terra
Glandiferam quercum ——

114. *Hostes consanguineos*. Id est, Lapythas. Nam Centauri ex Ixione Lapytharum rege procreati sunt, & ex Nube, quam ei Juno in sui similitudinem objecit, cum is in cælum assumptus eam de stupro interpellasset. Recte ergo consanguineos Centaurorum Lapythas appellat.

Ma il ſuo diſegno dentro ſe rivolge,
E impaziente a più poter ſi ſpinge
Là dove natural pietà la guida
Verſo la ſtanza di Chirone antico.
Cavata ell' è nello ſcoſceſo monte
Dallo ſcalpello in parte, e in parte ancora
Dall' età lunga; e ſopra l' ampie volte
Il gran Pelio ſoſtien tutto ſoſpeſo.
Ivi ancor le veſtigia intatte ſono,
E il letto nuzzial pur vi ſi moſtra,
Che conſacraro gli amoroſi Numi,
E alla dolce dimora i luoghi uſati.
Riposte ſon più addentro del Centauro
L' ampie ſtalle, che un tempo infauſte furo
Agl' infami fratelli, ed all' intorno
Non vi ſon dardi, che l' umano ſangue
Tingeſſe mai, o pur l' aſte pungenti,
Che ſi ſpezzaro a nuzzial battaglia,
Nè tazze infrante, che vibraſſe l' ira
Su l' inimico del medeſmo ſangue,
Ma faretre innocenti, e cuoi di belve.
Se primavera la rinverde, allora
Il vecchio abitator, depoſte l' armi,
Pone in cercare al timoroſo armento
Le ſalutifer' erbe ogni ſua cura,
O di narrare al giovinetto alunno
L' impreſe degli Eroi a ſuon di lira.
Or mentre al limitar dell' antro attende,
Ch' ei ſe ne torni dalla caccia, e intanto
Preparando la menſa, colle fiamme
Tutta la grotta sfavillante alluma,
Tetide da lontan ſcorge ſu 'l lido:
Sbalza fuor della ſelva, e mentre corre,
L' allegrezza del cuor gli accreſce lena;

Notaque desueto crepuit senis ungula campo.
Tunc blandus dextra, atque imos summissus in armos
Pauperibus tectis inducit, & admovet antris. 125
Jamdudum tacito lustrat Thetis omnia visu,
Nec perpessa moras; ubi nam mea pignora Chiron?
Dic, ait: aut cur ulla puer jam tempora ducit
Te sine? num merito trepidus sopor? atraque matri
Signa deûm? magnos utinam mentita timores. 130
Namque mihi infestos utero modò contuor enses,
Nunc planctu livere manus, modò in ubera sævas
Ire feras, sæpe ipsa (nefas!) sub inania natum
Tartara, & ad Stygios iterum fero mergere fontes.
Hos abolere metus magici jubet ordine sacri 135
Carpathius vates, puerumque sub axe probato
Secretis lustrare fretis, ubi littora summa
Oceani, & genitor tepet illabentibus astris
Pontus, ubi ignotis horrenda piacula divis, 139
Donaque; sed longum cuncta enumerare, vetorque:

134. *Iterum fero mergere*. Nam Thetis cum ex Prothei vaticinio accepisset in bello Trojano Achillem periturum, eum recens natum, ut invulnerabilis redderetur, ad inferos detulit, totumque in Stygia palude lavit, excepta planta pedis quæ manu tenebatur, ex quo invulnerabilis totus est factus.

136. *Carphatius vates*. Protheus. *Carphatus* insula est juxta Ægyptum, à qua vicinum Pelagus Carpathium nominatum est. Hic aliquando regnavit Protheus relicta Pallene civitate Thessaliæ, ad quam tamen reversus est postea.

E calpestato dal ferino piede,
Che ben conosce all' unghie, e al moto usato,
Il solitario campo ne risuona.
Fattosi a lei d' appresso festeggiante
Colla destra, e dagli omeri chinato
Riverente l' accoglie, e poi l' invita
Nella povera casa, e l' introduce.

Tacita lungo tempo intorno gira
Teti lo sguardo, e impaziente poi:
Dov' è, disse, o Chirone, il figliuol mio?
Come? Da te si scosta un sol momento?
Dunque a ragion saranno i miei timori,
Che mi turbano il sonno, ed i funesti
Segni mostrati dai superni Dei?
Ah voglia il Ciel, che questi sien bugiardi.
Miro talor contro di me rivolte
Acute spade a lacerarmi il seno,
E le mani da poi livide farsi
L' una e l' altra battendo in mezzo al pianto,
E avventarsi al mio sen mostri feroci:
Anzi (o fiero spettacolo!) mi pare,
Ch' io stessa il figlio mio porti all' Inferno
Per bagnarlo di nuovo al fiume Stige.
Ben' a scacciar dal cuor sì rei spaventi
Proteo colla virtù dell' arte maga
Vuol che il fanciullo ad un benigno aspetto
Di celeste pianeta in mar si lavi
Del lido estremo in più rimota parte,
Allorchè vi si attuffano le stelle,
E intiepidite vi si senton l' acque.
Ivi agl' ignoti Dei carmi terribili,
E vittime offerir. Ma troppo lungo
Ne sarebbe il racconto, e mel contese.
Dammi dunque più tosto il figlio mio.

Trade magis; sic fata parens; neque enim ille dedisset,
Si molles habitus, & tegmina fœda fateri
Ausa seni: tunc ille refert. Duc optima quæso
Duc genitrix, humilique deos infringe precatu. 144
Nam superant tua vota modum, placandaque divûm
Invidia est; non addo metum, sed vera fatebor,
Nescio quid magnum (nec me patria omina fallunt)
Vis festina parat, tenerosque supervenit annos.
Olim & ferre minas, & obire audita solebat 149
Imperia, & nostris procul haud discedere ab antris.
Nunc illum non Ossa capit, non Pelion ingens,
Thessalicæve nives; ipsi mihi sæpe queruntur
Centauri, raptasque domos, abstractaque coram
Armenta, & campis semet, fluviisque fugari.
Insidias, & bella parant, tumidique minantur. 155
Olim equidem Argoos pinus cum Thessala reges
Huc veheret, juvenem Alcidem, & Thesea vidi,
Sed taceo. Figit gelidus Nereida pallor.
Ille aderat multo sudore, & pulvere major.

151. *Pelion ingens*. Est enim editissimus mons Pelion, nam Dicæarchus vir in primis eruditus rerum curâ montes permensus altissimum omnium, Auctore Plinio, prodidit undecim scilicet millium quinquaginta passuum.

156. *Pinus Thessala*. Id est, argo navis, quæ ab Argo ejus fabricatore nominata est, vel ut alii ab ejus velocitate, quam antiqui Argon appellabant, apud Pagasas ut diximus oppidum Thessaliæ fuit ædificata.

Così Tetide disse, e il buon Centauro
Presentato giammai quel non avrebbe,
Se palesato il suo pensier gli avesse
Di volerlo celar sotto mentite
Spoglie di donna abbominate, e molli.
Deh tel conduci pur, Madre, risponde,
Io ten priego, il conduci, e con divote
Suppliche i Dei però fa che scongiuri,
Che tropp' oltre sen vanno i tuoi disegni,
E l' invidia del Ciel convien che plachi.
Accrescerti non voglio il tuo timore;
Ma ben' è forza confessarti' il vero:
Qualche cosa di grande, io non so mai
(Pur troppo certi son però gli augurj)
Presagisce quel suo viril vigore,
Che la tenera età di molto avanza.
Alle sole minacce ubbidiente
Egli era prima, e ciò che imposto avessi,
Al solo profferir tosto eseguia,
Nè da quest' antro mai si discostava:
Or mai sazio non è di gir vagando
Sopra l' Ossa scoscesó, e sopra il Pelio,
Nè le Tessale nevi lo trattengono;
I miei Centauri poi tutti si dolgono,
Ch' egli rubando va le case loro,
Che a viva forza il gregge anco rapisce,
Ch' or gli scaccia dai fiumi, ed or dai pascoli.
Gliel' han giurata, e già fra lor gli tessono
L' insidie, ed arrabbiati lo minacciano.
Io vidi pur, quando degli Argonauti
Approdò quì la nave, Alcide, e Teseo;
Ma vuo' tacer. Gelido stringe intanto
Timor il cuor di lei, che impallidisce.
Achille sopravvien, che tutto asperso

Attamen arma inter, festinatosque labores 160
Dulcis adhuc visu, niveo natat ignis in ore
Purpureus, fulvoque nitet coma gratior auro.
Nec dum prima nova lanugine vertitur ætas,
Tranquillæque faces oculis, & plurima vultu
Mater inest: qualis Lycia venator Apollo 165
Cum redit, & sævis permutat plectra pharetris.
Forte & lætus adest (o quantum gaudia formæ
Adjiciunt!) fœtam Pholoes sub rupe leænam
Perculerat ferro, vacuisque reliquerat antris
Ipsam, sed catulos asportat, & incitat ungues. 170
Quos tamen, ut fido genitrix in limine visa est,
Abjicit, exceptamque avidis circumligat ulnis,
Jam gravis amplexu, jamque æquus vertice matri.
Insequitur magno jam tunc connexus amore
Patroclus*, tantisque extenditur æmulus actis. 175
Par studiis, ævique modis, sed robore longe,
Et tamen æquali visurus Pergama fato*.
Protinus ille subit rapido quæ proxima saltu
Flumina, fumantesque genas, crinemque novatur.
Fontibus Eurotæ, qualis vada Castor anhelo 180

165. *Qualis Lycia*. Constat Apollinem mensibus hybernis apud Patharam Lyciæ Civitatem (à qua Patharæus dicitur) æstivis vero apud Delum responsa dare consuevisse.

168. *Pholoës*. Nam Pholoë mons est Arcadiæ regionis Poloponesiacæ, dicta à Pholo Centauro qui ibi, ut scribit Diodorus, ab Hercule sepultus fuit.

180. *Eurotæ*. Eurotas Laconiæ fluvius est, qui præter Spartam labitur & in Gythium Spartanorum navale nobile erumpit. Auctor Strabo.

Di sudor', e di polve, l'ha per giuoco.
Armato ancor sotto sì grave peso
Dolce all' aspetto appar', e quel suo bianco
Volto di un bel rossor si colorisce:
La chioma più dell' oro assai risplende:
Tenero ancor d' età non ha vestite
Della prima lanugine le gote.
Viva fiamm' ha negli occhi, ma tranquilla,
E si conosce nel gradito aspetto
Quanto alla madre sua si rassomiglia.
Tale appunto ritorna il biondo Apollo
Dalla caccia colà nei campi Licj,
E il dolce plettro suo cambia coll' arco.
Lieto il fanciullo se ne viene (oh quanto
L' allegrezza del cuor grazia gli accresce!)
Di Foloe ucciso avea sotto la rupe
Poc' anzi una lattante leonessa,
Che distesa lasciò nell' antro scuro,
E seco i lioncini avea recato,
Che per giuoco a spiegar l' unghie attizzava;
Ma via li getta subito che mira
La madre al limitar del fido albergo,
E corre ad abbracciarla, e al sen la stringe
Di fanciullo, ch' egli è, con maggior forza,
E di lei la statura in pari uguaglia.
Patroclo il siegue in fin d' allor congiunto
Di sviscerato amor, ch' emolo cresce
Dell' opre sue, d' età pari, e di studj,
Delle membra, e vigor molto minore,
Ma che Troja vedrà con ugual sorte.
Salt' Achille d' un tratto nel vicino
Fiume, in cui le fumanti e calde gote
Rinfresca, e il crine dalla polve asterge.
Come Castore ai fonti dell' Eurota

Intrat equo, feſſumque ſui jubar excitat aſtri.
Miratur, comitque ſenex, nunc pectora mulcens,
Nunc fortes humeros: angunt ſua gaudia matrem.
Tunc libare dapes, Bacchæaque munera Chiron
Orat, & attonitam vario oblectamine mulcens 185
Elicit extremo chelyn, & ſolantia curas
Fila movet, leviterque expertas pollice chordas
Dat puero: canit ille libens immania laudum
Semina, qui tumidæ ſuperarit juſſa novercæ
Amphitryoniades, crudo quo Bebryca cæſtu 190
Obruerit Pollux: quanto circumdata nexu
Ruperit Ægides Minoi brachia tauri *.
Maternos in fine toros, ſuperiſque gravatum
Pelion: hic ficto riſit Thetis anxia vultu.
Nox trahit in ſomnos: ſaxo collabitur ingens 195
Centaurus, blandiſque humeris ſe innectit Achilles.
Quanquam ibi fida parens, aſſuetaque pectora mavult.

190. *Cæſtu*. Cæſtus arma ſunt pugilum à cædendo, ex corio & plumbo inſuto conſtabant, quibus manus induebantur ad pugnandum: cæſtuum autem ſtrenuus fuit Pollux, Caſtor vero egregius equorum domitor.

291. *Obruerit Pollux*. Amycum filium Neptuni & Melites nymphæ Pollux ad certamen cæſtuum provocatus interemit. *Bebryca*, id eſt, ex Bebrycia, quemadmodum Cilica ex Cilicia & Thraca ex Thracia dicimus. Nam Bebryciorum rex fuit: ea regio nunc Bythinia appellatur.

L'anelante cavallo all'acque ſpinge,
Ed ei sbattendo va rinvigorito
La riſplendente chioma di ſua ſtella.
Stupiſce il vecchio, e ad abbigliarlo inteſo,
Or il petto gli lava, ora le ſpalle:
Teti ne gode inſieme, e ſen' affanna.
Indi Chirone di guſtar la prega
Le ſue vivande, e il generoſo vino.
Poſti alla menſa dal penſier moleſto
Con vario ragionar cerca diſtrarla.
Prende la lira infin', e quelle corde
Atte a ſedar gl' interni ſuoi tumulti,
Va toccando, e col pollice leggero
Le tempra tutte; indi al garzon la porge.
Canta egli toſto i nobili argomenti
Di gran valor, degni d' eterna lode,
Com' Ercole rendeſſe affatto vane
L' arti crudeli della rea Matrigna.
Come Polluce col peſante ceſto
Bebrice un dì laſciaſſe al ſuol diſteſo,
E come ruppe Teſeo al Minotauro
Le braccia armate di ferrata maglia.
Le nozze in fine di ſua Madre narra,
E il Pelio, che ſoſtien l' aeree sfere.
Quì Tetide ſe ben fra ſe dolente
Moſſe la bocca in un forzato riſo.
Ma già la notte riconduce il ſonno.
Sopra un ſaſſo ſi colca il gran Centauro;
Alle ſpalle di lui ſi ſtringe Achille,
E quantunque ivi ſia la propria Madre
Dall' amato Chiron non ſi ſcompagna.

LIBER SECUNDUS.

At Thetis undisonis per noctem in rupibus astans
Quæ nato secreta velit, quibus abdere terris
Destinat, huc, illuc, diversa mente volutat.
Proxima sed studiis multum Mavortia Thrace:
Nec Macetum gens dura placet, laudumque daturi 5
Cecropidæ stimulos; nimium opportuna carinis
Sestos, Abydenique sinus; placet ire per altas
Cycladas; hinc spretæ Myconos, humilisque Seriphos,
Et Lemnos non æqua viris, atque hospita Delos
Gentibus; imbelli nuper Lycomedis in aula 10
Virgineos cœtus, & littora persona ludo
Audierat, duros laxantem Ægæona nexus*
Jussa sequi, centumque dei numerare catenas.
Hæc placet, hæc timidæ tellus tutissima matri.
Qualis vicino volucris jam sedula partu 15
Jamque timens qua fronde domum suspendat inanem,
Providet hinc ventos, hinc anxia cogitat angues,

8. *Cycladas*. Insulæ Cyclades dictæ sunt, quod in orbem objacent. *Myconos*. Una est ex Cycladibus, sub qua gigantum novissimos ab Hercule mactatos jacere fabulantur. *Seriphos*. Est autem & ipsa ex Cycladibus, in qua ea facta vulgantur, quæ dicuntur in fabulis Dicten piscatorem arcam adduxisse retibus; in qua Perseus cum matre Danaë positus tenebatur. Cum pater Danaës Acrisius utrunque abjecisset in mare, ista in Insula educatum fuisse Perseum proditur.

9. *Delos*. Hæc media est Cycladum, & longe clarissima templo Apollinis cum oraculo celebrata & mercatu: erat enim maxime opportuna, illucque res venales, ut servi undique convehebantur.

LIBRO SECONDO.

Ma Tetide passato avea la notte
Vegliando sempre su gli ondosi scogli,
Mentre il luogo destina, in cui sicuro
Il figlio resti al guardo altrui celato;
Ed ora in questa, ed ora in quella parte,
Varie cose fra se mesta rivolge:
E' la Tracia vicina, ma feroce
Troppo di studj militari; e dura
Troppo la Macedonia non le piace:
Atene darà stimoli di lode:
Troppo facili son di Sesto, e Abido
Alle navi le spiagge: vuol piuttosto
Per le Cicladi fare il suo viaggio.
Lascia indietro Micone, indi la bassa
Serifo, e Lenno agli uomini nemica,
E Delo frequentata dalle genti.
Di Licomede nella Reggia imbelle
Poc' anzi udito avea tresche di donne,
Che facean risuonar tutti quei lidi,
Allorchè Briarèo dovè seguire,
Che svilupparsi dagli stretti lacci
Orgoglioso tentava; ond' era astretta
Con sollecito guardo annoverare
Tutti gli anelli alla di lui catena.
Questa le piace, e questo luogo crede
La timorosa madre il più sicuro.
Come la tortorella, che vicino
Già sente il parto, industriosa cerca
Tra le frondi ove tessere il suo nido.
Da quì troppo si vede esposta ai venti,
E colà dalle serpi è men sicura.

Hinc homines, tandem dubiæ placet umbra, novisque
Vix stetit in ramis, & protinus arbor amatur.
Altera consilio superest, tristemque fatigat 20
Cura deam, natum ipsa sinu complexa, per undas
An magno Tritone ferat, ventosque volucres
Advocet, an pelago solitam Thaumantida pasci.
Elicit inde fretis, & murice frenat acuto
Delphinas bijuges, quos illi maxima Tethys 25
Gurgite Atlanteo pelagi sub valle sonora
Nutrierat; nullis vada per Neptunia glaucæ
Tantus honor formæ, nandique potentia: nec plus
Pectoris humani; jubet hos subsistere pleno
Littore, ne nudæ noceant contagia terræ. 30
Ipsa dehinc toto resolutum pectore Achillem
(Qui pueris sopor) Æmonii de rupibus antri
Ad placidas deportat aquas, & jussa tacere
Littora; monstrat iter, totoque effulserat orbe
Cynthia; prosequitur divam, celeresque recursus 35
Securus pelagi Chiron rogat, udaque cælat
Lumina, & abreptos subito, jam jamque latentes

24. *Murice acuto*. Freno ex muricibus confecto. Murices pisces sunt contextu firmiore pectinum. Est & instrumentum ferreum tribus acuminibus, quod spargi consuevit ad impediendos equites.

26. *Gurgite Atlanteo*. In mari Atlantico, quod Lybiam ab Occidente claudit, à Mulacha fluvio incipit, qui Mauros à Numidis separat. Abylam montem abluit ingrediens Oceanum.

Le mani altrove del villan paventa:
Dubbiosa fra l' ombre al fin si asconde;
Ma sopra i bassi rami appena vola,
Che su gli alberi altissimi risale.
Nè questa sola è della Dea la cura,
Che la travaglia; fra di se rivolge
Come conduca il figlio suo per l' onde:
O s' ella stessa se lo stringa al seno,
O su le spalle d' un Triton robusto,
O se lo fidi ai più veloci venti,
O all' Iride, che in mar sempre si pasce:
Chiama in fine dall' onde due Delfini,
Cui d' acute conchiglie il morso pone
Accoppiandogl' insieme; avea già questi
Tetide la maggior d' Oceano moglie
Del mar d' Atlante in una strepitosa
Caverna, sotto un vortice nutriti;
Non v' ha per tutto il mar coppia più bella
Di pesci, e chi di lor più vaglia al nuoto,
Nè ad uman' uso ancor più mansueti.
Nel lido, ove abbastanza alte son l' acque,
Ambo gli arresta, perchè lor non rechi
Tocco l' aspro terreno offesa, o doglia.
Indi colle sue mani il già sopito
Achille in quel profondo e cheto sonno,
Ch' ai fanciulli più forte occupa i sensi,
Dell' antro Emonio dalle note rupi
All' acque placidissime lo porta,
E tacer' all' intorno fa quei lidi.
Mostra poscia la via, che ben lo puote;
Mentre tutta nel ciel Cintia risplende.
Chirone l' accompagna, e ben sicuro
Del mar, che presto a lui faccia ritorno
La prega, e gli occhi lagrimosi asconde;

Erecto prospectat equo, qua cana parumper
Spumant signa fugæ, & liquido perit orbita ponto.
Illum non alias rediturum ad Thessala Tempe 40
Jam tristis Pholoë, jam nubilus ingemit Othrys,
Et tenuis Sperchîos aquis, speluncaque docti
Muta senis; quærunt puerilia carmina Fauni,
Et sperata diu plorant connubia Nymphæ.
Jam premit astra dies, humilisque ex æquore Titan 45
Rorantes evolvit equos, & ab æthere magno
Sublatum curru pelagus cadit: at vada mater
Scyria jamdudum fluctus emensa tenebat.
Exierantque jugo fessi Delphines herili.
Cum pueri tremefacta quies, oculique jacentis 50
Iufusum sensere diem; stupet aëre primo.
Quæ loca? qui fluctus? ubi Pelion? omnia versat,
Atque ignota videt, dubitatque agnoscere matrem.

40. *Thessala Tempe*. Locus est inter Ossam & Olympum passuum quinque millium longitudinis, per medium Peneus discurrit à Pindi profluens radicibus gramine vestitis marginibus, aviumque concentu, & calculorum aquarumque sonitu peramœnus, nec alius locus est, cujus amœnitatem tantopere landent poetæ.

41. *Pholoë*. Silva est Thessaliæ, dicta à Pholo centauro qui eam incolebat.

42. *Sperchius*. Fluvius cui suas comas Achilles devoverat si redisset. Pater autem Narcissi fuit Sperchius.

43. *Fauni*. Dii proprii fuêre Latinorum, quos in silvestribus locis traditum est solitos fari, & à fando Faunos vocari.

Ma poichè in un momento si partiro,
E a poco a poco al guardo suo fur tolti,
Su l' ugna cavallina egli si estolle,
E quanto può da lungi li rimira
Là dove ancor di biancheggiante spuma
I segni del cammino all' occhio appajono,
E sopra il piano mar veduto appena
Il solco leggiermente si digrada.
Lui che non è per far mai più ritorno
Alla Tessala Tempe, afflitta e mesta
Foloe piange, e il nuvoloso Otride,
Rasciuga pel dolor lo Sperchio l' acque,
Resta muta del vecchio la spelonca,
I Fauni, che sentir mai più non sperano
I fanciulleschi suoi versi dolcissimi,
Le Ninfe, invano le sperate nozze
Col bel garzone rammentando piangono.
Ma d' Oriente già scaccia le stelle
Il nuovo giorno, e il Sol spinge i cavalli
Suoi rugiadosi fuor del basso mare;
Dal carro immerso che già in alto leva
Scorrono tutte, e in giù ricadon l' acque:
Tetide i flutti già varcati avea,
E alle spiagge di Sciro era venuta:
Sciolti dal giogo, e stanchi i due Delfini
Datisi all' alto mar, s' eran partiti:
Quando interruppe del garzone il sonno
Un picciolo tremor, che sparso intorno
Di luce, agli occhi fe sentire il giorno,
Al primo aprirli stupido rimane.
Oh quai luoghi! Quali acque! E dove il Pelio!
Ovunque attento il guardo intorno volge
Tutto nuovo gli sembra, e tutto strano,
Nè la madre conoscer si assicura.

Occupat illa manu, blandeque affata paventem.
Si mihi care puer thalamos sors æqua dedisset, 55
Quos dabat, æthereis ego te complexa tenerem
Sidus grande plagis, magnique puerpera cœli,
Nil humiles Parcas, terrenaque fata vererer.
Nunc impar tibi nate genus, præclusaque lethi
Tantum matre via est, quin & metuenda propinquant 60
Tempora, & extremis admota pericula metis.
Cedamus, paulumque animos summitte viriles,
Atque habitus dignare meos; si Lydia dura
Pensa manu, mollesque tulit Tirynthius hastas;
Si decet aurata Bacchum vestigia palla 65
Verrere; virgineos si Juppiter induit artus,
Nec magnum ambigui fregerunt Cenea sexus,
Has sine quæso minas, numenque exire malignum.
Mox iterum campos, iterum Centaurica reddam
Lustra tibi; per ego hoc decus, & ventura juventæ 70
Gaudia, si terras, humilemque experta maritum
Te propter, si progenitum Stygis amne severo
Armavi (totumque utinam) cape tuta parumper

Ella

65. *Aurata palla*. Honestæ mulieris vestimentum est palla, id tunicæ pallium, descendit autem usque ad vestigia.

66. *Jupiter induit artus*. Jupiter adamavit Antiopen filiam Nyctei, speciossimam puellam; cujus dum pater suspectum haberet stuprum eam custos mancipavit. Puella ipsa cum adolevisset Dianæ se consecravit. Jupiter in habitum se vertit Dianæ, & puellam corrupit, ita ut arcum & pharetram mentiretur.

67. *Cenea*. Cenis virgo fuit quæ à Neptuno pro stupri præmio meruit sexus mutationem. Fuit etiam invulnerabilis, qui pugnando pro Lapithis contra Centauros crebris ictibus fustium paulatim fixus in terra. Post mortem tamen in sexum rediit.

Ella per man lo prende, e in dolci modi
Li timori di lui così conforta:
Se le mie nozze, o caro figlio, state
Fossero quali io mi credea, saresti
Splendida stella in Ciel fra le mie braccia,
Ed io tua madre ancor' ivi sarei
In alto pregio alla mia prole accanto,
Nè delle sozze Parche, o degli umani
Fati inquieta mi darei pensiero;
Ma tu più bassa origine traesti,
Solo per opera mia fatto immortale.
Ma che mai dissi! Ahi che pur troppo sono
Vicini del timor' i rei momenti,
E l' estremo pericolo sovrasta.
Cediamo dunque alla fortuna, e un poco
Cotesto viril' animo deponi,
E questi abiti miei vestir ti piaccia.
S' Ercole già colla robusta mano
Fu veduto trattar la rocca, e il fuso;
Se Bacco strascinò femminil gonna,
Se prese Giove un muliebre aspetto,
Nè Ceneo s' avvilì per cambiar sesso,
Lascia, ti priego, le minacce: lungi
Scaccia da te quel tuo maligno Nume.
Ti prometto fra poco ricondurti
Nei campi usati, e del Centauro all' antro.
Per questa tua bellezza, e per il pregio
Della tua gioventù, che spunta in fiore,
S' io tra mortali sol per tua cagione
A men degno di me sposo la destra
Porsi, ne 'l ricusai compagno al letto;
Se poichè nato fosti al fiume Stige
Per fart' invulnerabile t' immersi,
(O che ti avessi pur tutto attuffato)

Tegmina, nil nociturna animo; cur ora reducis?
Quidve parant oculi? pudet hoc mitefcere cultu? 75
Per te care puer, cognata per æquora juro
Nefciet hoc Chiron; fic horrida pectora tractat
Necquiquam mulcens: obftat genitorque roganti,
Nutritorque ingens, & cruda exordia magnæ
Indolis; effrænæ tumidum velut igne juventæ 80
Si quis equum primis fummittere tentet habenis:
Ille diu campis, fluviifque, & honore fuperbo
Gavifus, non colla jugo, non afpera præbet
Ora lupis; dominique fremit captivus inire
Imperia, atque alios miratur difcere curfus. 85
Quis deus attonitæ fraudes, aftumque parenti
Contulit? indocilem quæ mens detraxit Achillem?
Palladi littoreæ celebrabat Scyros honorum
Forte diem, placidoque fatæ Lycomede forores
Luce facra patris (quæ rara licentia) muris 90
Exierant, dare veris opes, divæque feveras

88. *Palladi littoreæ*. Palladis facrificia à puellis celebrabantur, quod ea Jovis filia & virgo & innupta putabatur. *Littoreæ*. Nam in littore templum erat Palladis.

Prendi per breve ſpazio queſte mie
Veſti, che ti aſſicurano, per cui
Non ſia ch' al nobil cuor macchia s' imprima.
Perchè il capo rivolgi? Ond' è che il pianto
Ti rende umido il ciglio? Hai tu roſſore
D' apparire in queſt' abito più mite?
Per la tua vita, o figlio mio ti giuro,
E per la maeſtà del patrio mare,
Chirone di ciò mai non ſaprà nulla.
Con tai detti ammollir quel generoſo
Petto cercando va, ma ſempre indarno,
Che fan contraſto alle di lei preghiere
La memoria del padre, il gran Maeſtro,
E i principj dell' indole guerriera:
A guiſa d' uom, che ad un focoſo e ſciolto
Pulledro tenta il primo freno imporre.
Avvezzo ai campi, e ai fiumi, e già ſuperbo
Di ſuo natio vigor piegare il collo
Ricuſa, e aprir la bocca al duro morſo:
Riſtretto poi fra i lacci, allorchè ſente
Del cavalier le moſſe, arrabbia, e freme,
E acceſo il cuor tra maraviglia ed ira
Mover il piede a nuovi paſſi impara.
Ma quale fu la Deità, che diede
All' attonita madre il bel conſiglio?
Quali a lei ſuggerì baſtanti frodi?
O chi tolſe la mente al fiero Achille?
Le feſte celebravanſi quel giorno
Di Pallade, cui ſono dedicati
Di Sciro i lidi, e (ciò che raro avviene)
Della Sacerdoteſſa in compagnia
Uſcite fuor delle paterne mura
Del gentil Licomede eran le figlie
Ad offerir di Primavera i doni,

Fronde ligare comas, & ſpargere floribus haſtam.
Omnibus eximium formæ decus, omnibus idem
Cultus: & expleto teneri jam fine pudoris
Virginitas matura toris, animique tumentes. 95
Sed quantum virides pelagi Venus addita Nymphas
Obruit, aut humeris quantum Diana relinquit
Naides, effulget tantum regina decori
Deidamia chori: pulchriſque ſororibus obſtat.
Illius e roſeo flammatur purpura vultu, 100
Et gemmis lux major ineſt, & blandius aurum.
Atque ipſi par forma deæ, ſi pectoris angues
Ponat, & exempta placetur caſſide vultus.
Hanc ubi ducentem longe ſocia agmina vidit
Trux puer, & nullo temeratus pectora motu, 105
Diriguit, totiſque novum bibit oſſibus ignem.
Nec latet hauſtus amor, ſed fax vibrata medullis
In vultus, atque ora redit, lucemque genarum
Tingit, & impulſum tenui ſudore pererrat.
Lactea Maſſagetæ veluti cum pocula fuſcant 110
Sanguine puniceo, vel ebur corrumpitur oſtro:

102. *Ipſi deæ*. Palladi, quam formoſiſſimam fuiſſe ſcribunt poëtæ. *Pectoris angues ponat*. Hoc eſt ſi ægidem, tegmen ſcilicet pectoris, in cujus medio caput erat Gorgonis, cujus capilli ſerpentini fuere, & ægis quidem eſt, dum tegit imperatoris aut numinis pectus, alias thorax, vel lorica vocatur.

110. *Meſſagetæ*. Meſſagetæ populi ſunt Scythiæ Aſiaticæ nobiles: ii cum per deſerta diſcurrunt equorum ſuorum ſanguinem in ſiniſtri pedis vena hauſtum bibunt. Idem Sarmatas Biſaltas ac Gelonos factitaſſe legimus. Martialis: *Venit & epoto Sarmata paſtus equo*.

E coronar l' intemerate chiome
Della Diva coi rami a lei già ſacri,
L' aſta, che impugna, ornandole di fiori,
A tutte ſplende la bellezza in volto;
Scorſi gli anni minori hanno già tutte
Alle aſpettate nozze età matura;
Eſca diſpoſta all' amoroſo foco.
Ma quanto poſta in mezzo alle verdaſtre
Ninfe marine Venere le abbatte,
O quanto fra le Najadi Diana
Dalle ſpalle più ſu tutte le avanza,
Tanto Deidamia del bel drappello
Qual regina riſplende, e le ſorelle
Vince, e lor di beltà la palma invola;
Nel bel volto di lei tinta è la porpora,
Prendon luce maggior le gemme rare,
E intorno a lei più riſplendente è l' oro:
Alla ſteſſa Minerva raſſomiglia,
Se deponeſſe dall' usbergo i ſerpi,
E tolto l' elmo ſerenaſſe in volto.
Il feroce garzon toſto che mira
Da lontano coſtei, che guida il coro,
Quantunque ancor non abbia inteſo mai
Nel petto giovanil caldo di amore,
Si raffredda, e per l' oſſa il nuovo fuoco
Gli ſcorre, che reſtar non può celato;
Ma la fiamma nell' ultime midolle
Già penetrata il volto ripercote,
E le candide gote gli colora,
Che da un lento ſudor ſono irrigate.
Come offuſcano i fieri Meſſageti
Talor col ſangue meſcolato il latte,
O dall' oſtro vien tinto il bianco avorio,
Così la nuova fiamma in varj modi,

Sic variis manifesta notis, palletque, rubetque,
Flamma recens; eat, atque ultro ferus, hospita sacra
Discutiat turbæ securus, & immemor ævi,
Ni pudor, & junctæ teneat reverentia matris. 115
Ut pater armenti quondam, rectorque futurus,
Cui nondum toto peraguntur cornua gyro,
Cum sociam passus niveo candore juvencam
Aspicit, ardescunt animi, primusque per ora
Spumat amor, spectant hilares, optantque magistri. 120
Occupat arrepto jam tempore conscia mater:
Hosne inter simulare choros, & brachia ludo
Nectere, Nate grave est? gelida quid tale sub Ossa,
Peliacisque jugis? O si mihi jungere curas,
Atque alium portare sinu contingat Achillem. 125
Mulcetur; lætusque rubet, visusque superbos
Obliquat, vestesque manu leviore repellit.
Aspicit ambiguum genitrix, cogitque volentem,

123. *Quid tale sub Ossa?* Sensus est & ordo, quid tale unquam vidisti sub Ossa, & jugis Peliacis? *Ossa.* Mons Thessaliæ.

Facendosi al di fuori anco palese,
Or di pallore, or di rossor lo tinge.
Verso di lei tutto rapir si sente,
Non offeso di già divien feroce,
E gli ospitali sacrificj forse
Già turberebbe, il numero, e le genti
Nulla prezzando, e di sua età scordato,
Se vergogna non fosse, o riverenza,
Che 'l frena della madre in compagnia.
Quale il torello, che serbato cresce,
Perchè padre e signor sia dell' armento,
Nè delle corna il giro abbia compito,
Se vede la compagna sua giovenca
Più bianca della neve alla pastura,
Si riscalda nel sangue, e innamorato
Per la bocca a spumar tosto incomincia;
Allegri lo riguardano i Pastori,
Se al desiderio lor' ei corrisponda.
Preso la scaltra madre il tempo allora
Con tai detti il previene: E' a te sì grave
Liete danze formar con tal brigata
Spesso stringendo lor la bianca mano?
L' Ossa gelato, e del tuo Pelio i colli,
E che hanno mai che a tal possa uguagliarsi?
O se di nuovo a maritarmi io vegno
Se mi nascesse mai un' altro Achille!
Già si ammollisce, e di rossor si tinge
Fatto più lieto, ed il superbo viso
Alquanto inchina, nè con man sì ardita
Le vesti femminili ei più rispinge.
Irrisoluto la sua madre il mira,
Ed il voler di lui, che non si arretra,
Destra, ed accorta di sforzar s' infinge:
Gli fa coraggio, ed a portar gl' insegna

Innectitque ſinus; tunc colla rigentia mollit,
Submittitque graves humeros, & fortia laxat 130
Brachia, & impexos certo domat ordine crines.
Ac ſua dilecta cervice monilia transfert,
Et picturato cohibet veſtigia limbo.
Inceſſum, motumque docet, fandique pudorem.
Qualiter artificis victuræ pollice ceræ 135
Accipiunt formas, ignemque, manumque ſequuntur,
Talis erat divæ natum mutantis imago.
Nec luctata diu; ſupereſt nam plurimus illi
Invicta virtute decor, fallitque tuentes
Ambiguus, tenuique latens diſcrimine ſexus. 140
Procedunt, iterumque monet, rurſumque fatigat
Blanda Thetis; ſic ergo gradus, ſic ora, manuſque,
Nate feres, comiteſque modis imitabere fictis,
Ne te ſuſpectum molli non miſceat aulæ
Rector, & incœpti pereant mendacia furti. 145
Dicit, & admoto non ceſſat comere tactu.

133. *Picturato limbo*. Picturis distincto, eſt autem pingere etiam acu variare. Virgil. *Pictus acu chlamydem*. Lymbus vero faſcia eſt, quæ ambit extremitates veſtium ſecundum atiquum ritum.

Non così teso e così ardito il collo,
E a ritirar le poderose spalle;
Indi gli snoda le robuste braccia:
Diposto in belle treccie gli raccoglie
Lo sparso crin, che su le spalle ondeggia;
Poi dalla gola, di cui va superba,
Sciolto ad esso circonda aureo monile;
La gonna insin di vaghi fior contesta,
Che porrà freno al suo veloce piede,
Gli adatta; i passi di donzella, e i guardi,
I modi, e i vezzi di parlar gli addita;
Qual perito scultor che su la cera,
Che tanto sarà poi tenuta in pregio,
Le varie forme colla mano imprime,
Ch' essa riceve ubbidiente, e molle,
Parea la Diva in mascherare il figlio;
Nè lungo tempo vi si affanna; mentre
Sotto spoglie mentite ancor sfavilla
Tra le virili sue fattezze in volto
Di severa beltà ben vivo un raggio;
E il finto sesso, che sì poco appare,
In dubbio lascia, e chi lo mira inganna.
S' incamminano poscia, e un' altra volta
Piacevole l' avverte, e l' ammaestra:
Porterai così dunque, o figlio, i passi,
Così le mani, e di quest' aria il volto,
E con finte maniere le compagne
Imiterai, perchè dal Re non fossi
Preso in sospetto mai, e dal bel coro
Ti venisse a tener' indi lontano,
E gli artificj d' amoroso furto
Già incominciato ne venisser meno.
E mentre parla, colla man maestra
D' acconciargli la chioma ella non cessa.

Sic ubi virgineis Hecate laſſata pharetris,
Ad patrem fratremque redit, comes hæret eunti
Mater, & ipſa humeros, exertaque brachia velat.
Ipſa arcum, pharetramque locat, veſteſque latentes 150
Diducit, ſparſoſque ſtudet componere crines.
Protinus aggreditur regem: atque ibi teſtibus aris
Hanc tibi, ait, noſtri germanam rector Achillis
(Nonne vides ut torva genas, æquandaque fratri?)
Tradimus; arma humeris, arcumque animoſa petebat
Ferre, & Amazonio connubia pellere ritu *. 156
Sed mihi curatum ſatis eſt pro ſtirpe virili.
Hæc calathos, & ſacra ferat. Tu frange regendo
Indocilem, ſexumque tene, dum nubilis ætas,
Solvenduſque pudor; neve exercere protervas 160
Gymnadas, aut luſtris nemorum concede vagari.
Intus ale, & ſimiles inter ſeclude puellas.
Littore præcipue, portuque arcere memento.
Vidiſti modo vela Phrygum, jam mutua jura

147. *Hecate*. Orpheus in Argonaut. triplicem hanc dicit eſſe, & tria habere capita, dextrum equi, ſiniſtrum canis, medium hominis, & quidem ruſtici. Virgilius:
Tergeminamque Hecaten, tria virginis ora Dianæ.

158. *Sacra*. Ut Palladis quæ canephora vel ciſtophoria vocabantur, quoniam ea ciſtis incluſa nobiles virgines certo anni tempore in arcem ferebant, quod Ovid. ſcribit.

161. *Gymnadas*. Ludi ſunt palæſtrici gymnades qui & gymnici vocantur, in quibus nudabantur. Hos primus Lycaon in Arcadia excogitavit. Spartanis mos fuit, ut nudæ puellæ inter luctantes viros exercerentur, quod ſcribit Propertius libro 3.

Ecate ancor se dal seguir le fiere
Colle vergini sue care compagne,
Al padre, ed al fratel stanca ritorna,
L' accompagna la madre, e per la via,
E le spalle, e le braccia le ricopre:
Essa l' arco le adatta, e la faretra;
Le raccorciate vesti essa le spiega,
E alla meglio che può decentemente
Raccogliendo le va lo sparso crine.
Ma Teti al Re si accosta, e innanzi all' are
Questa, disse, o buon Re, ch' è del mio Achille
Sorella (vedi pur che torvo aspetto)
Che in altro sesso il suo german somiglia,
Io ti consegno: coraggiosa l' armi
Vestir costei voleva, e gire adorna
Con indole viril d' arco, e di strali,
E all' uso delle Amazzoni feroci,
Superbetta ch' ella è, le nozze abborre.
Del suo fratello assai cura mi prendo:
Questa i panieri pur porti agli altari.
Educandola tu fa che la domi,
E finchè venga nell' età matura
Per le abborrite nozze, a suo dispetto
Nel sesso, che convenir, tu la affrena.
Da quei virili poi, e rusticani
Esercizj di lotta l' allontana:
Nè gli concedi mai vagar pe' boschi;
In casa la trattieni, e fra le vergini
Sue pari a dimorarvi la costringi;
Ma sopra tutto fa, che tu le vieti
Di por sul porto, e ancor sul lido il piede.
Vedesti poco fa le Frigie navi.
Ah che pur troppo famigliar divenne
Alle nazioni violar fra loro

Fallere, tranfmiffæ pelago didicere carinæ. 165
Accedit dictis pater, ingenioque parentis
Occultum Æaciden (quis divûm fraudibus obftet?)
Accipit; ultro etiam veneratur fupplice dextra,
Et grates electus agit; nec turba piarum
Scyriadum ceffat nimio defigere vifu 170
Virginis ora novæ; quantum cervice, comifque
Emineat, quantumque humeros, ac pectora fundat.
Dehinc fociare choros, caftifque accedere facris
Hortantur, ceduntque loco, & contingere gaudent.
Qualiter Idaliæ volucres, ubi mollia frangunt 175
Nubila, jam longum cæloque, domoque gregatæ,
Si junxit pennas, diverfoque hofpita tractu
Venit avis, cunctæ primum mirantur, & horrent:
Mox propiufque volant, fociam jamque aëre in ipfo
Paulatim fecere fuam, plaufuque fecundo 180
Circumeunt hilares, & ad alta cubilia ducunt.
Digreditur multum cunctata in limine mater,
Dum repetit monitus, arcanaque murmura figit
Auribus, & tacito dat verba noviffima voto.
Tunc excepta freto, longe cervice reflexa 185

175. *Idaliæ*. Comparatio eft. Idaliæ autem volucres columbæ funt Veneri facræ propter Satum frequentum & coitum. Idalius vero mons eft Cypri Veneri facer de quo Virgil. *Aut fuper Idalium facrata valle recondam*.

Coll' uſo delle navi i ſacri oſpizj.
A tai detti il buon Re facil ſi accorda,
E dall' ingegno dell' aſtuta madre
(Chi degli Dei reſiſter può alle frodi?)
Traveſtito riceve il maſchio Achille;
Anzi a lei riverente ancor s' inchina,
E che ad ufficio tal' eſſo abbia eletto,
Di ſpontaneo voler grazie le rende.
La turba intanto delle pie donzelle
La novella compagna con attento
Sguardo di rimirar giammai non ceſſa:
Quanto di collo, e delle chiome avanzi,
Come le ſpalle, e come il petto ſporga;
Le fanno poi tra lor corteſe invito,
E di accoſtarſi ai caſti ſacrifizj,
E le dan luogo, e di toccarla godono.
Come talor fra timide colombe
Quando taglian le nubi colle penne
Alla torre, e per l' aria in lungo ſtuolo
Unite fra di lor, ſe vi ſi meſce
Di ſtraniero paeſe oſpite nuova,
Tutte prima la mirano, e paventano:
Poi più ſicure a lei volano intorno,
E a poco a poco ſollevate in alto
Se la fanno compagna, e con applauſo
Giocoſo tutte allegre la circondano,
Trattala nella torre a far ſoggiorno.
Parte la madre al fin; ma lungo tempo
Dimora fa ſu'l limitar, che al figlio
I ricordi ripete, e nelle orecchie
Mormorando le va tacitamente
Coi muti affetti l' ultime parole.
Indi a nuoto ſi getta, e poi ſi volge
Co'l viſo indietro a quelli amati lidi,

Abnatat, & blandis affatur littora verbis.
Cara mihi tellus, magnæ cui pignora curæ,
Depositumque ingens timido commisimus astu,
Sis felix, taceasque precor, quo more tacebat 189
Creta Rheæ; te longus honos, æternaque cingent
Templa, nec instabili fama superabere Delo.
Et ventis, & sacra fretis, interque vadosas
Cycladas, Ægeæ frangunt ubi saxa procellæ,
Nereidum tranquilla domus, jurandaque nautis
Insula, ne solum Danaas admitte carinas. 195
Te precor, hic thyasos tantum, nihil utile bellis,
Hoc famam narrare doce; dumque arma parantur
Dorica, & alternum Mavors interfurit orbem,
(Cedo equidem) sit virgo pii Lycomedis Achilles.

191. *Instabili fama superabere Delo.* Major (inquit) erit fama & nomen tuum quam Deli insulæ, quæ Apollinis oraculo toti orbi notissima fuit:

196. *Thiasos.* Saltationes, choreas Liberi, id est, liberalia.

E sì teneramente li ſcongiura.
O terra che mi ſei così diletta,
Che le viſcere mie ti ho date in cura,
E colla frode, in cui non mi aſſicuro,
Il più ricco depoſito ti ho fatto,
Sia pur felice; ma tacer ti prego,
Come Creta tacer ſeppe di Rea.
Tu lung' onor n' avrai, ed all' intorno
Abbellita ſarai di ſagri tempj,
Nè Delo mai ti avanzerà di fama.
O ſacra ai venti, ed ai marini flutti
Fra le guadoſe Cicladi, là dove
L' onde del mar' Egeo rompon nei ſaſſi,
Delle Nereidi abitazion tranquilla,
Iſola venerabile ai nocchieri.
Di queſto ſol ti prego, e mel concedi:
Non accoglier giammai le greche navi;
Fa che d' intorno ancor la fama ſuoni,
Che ſole danze tu coltivi, e nulla
Che giovar poſſi ai militari ſtudj,
E mentre l' armi greche ſi apparecchiano,
E l' uno e l' altro mondo infuria Marte
Che del pietoſo Licomede ſia
Una tra l' altre vergini il mio Achille.

LIBER TERTIUS.

INTEREA meritos ultrix Europa dolores
Dulcibus armorum furiis, & supplice regum
Conquestu flammata movet, quippe ambit Atrides
Ille magis, cui nupta domi, facinusque relatu
Asperat Iliacum; captam sine Marte, sine armis 5
Progeniem cœli, Spartæque potentis alumnam.
Jura, fidem, superos, una calcata rapina.
Hoc fœdus Phrygium, hæc geminæ commercia terræ.
Quid maneat populos, ubi tanta injuria primos
Degrassata duces? coëunt gens omnis, & ætas. 10
Nec tantum exciti bimari quos Isthmia vallo
Claustra, nec undisonæ quos circuit umbo Maleæ;
Sed procul admoti Phrixi, quà semita jungi
Europamque Asiamque vetat; quasque ordine gentes
Littore Abydeno maris alligat unda superni. 15

LIBRO

2. *Regum*. Agamemnonis & Menelai, qui de injuria apud omnes conquerebantur, & omnibus supplicabant auxilium postulantes.

13. *Semita Phrixi*. Id est Hellespontus ab Helle Phrixi sorore nominatus; nam Phrixum Athamantis filium novercæ insidias declinantem una cum sorore Helle è Græcia fugisse constat, quorum uterque cum ex deorum oraculo, ex Europa in Asiam aureo arieti insidens transfretaret, virgo in mare delapsa Hellesponto nomen dedit, Phrixus vero in Pontum proficiscens Colchos pervenit, ubi cum ex oraculi præcepto arietem sacrificasset, pellem auream in templo Martis suspendit. Lege Diodorum. *Semita*. Ideo semitam dicit, quia Hellespontus, septem duntaxat stadiis Europam ab Asia dividit illic habens inter se contrarias urbes in Europa Callipolin & Seston, in Asia Lampsacum & Abydon.

LIBRO TERZO.

L' Europa irata intanto alte rovine
Ben meritate a far dell' Aſia aſpira
Splendida nel furor d' armi, e d' armati
Agognando il piacer della vendetta,
E moſſa dei due Re dalle querele;
Poichè voglion la guerra i forti Atridi,
Ma l' uno più dei due fratelli, quello,
Cui dalla caſa la rapita moglie,
L' offeſa de' Trojani attizza l' ira.
Senza guerra, ſenz' armi eſſerſi preſa
Lei, che l' origin ſua vanta dal Cielo,
E fu educata nella dura Sparta:
Calpeſtarſi così con un ſol ratto
E le leggi, e la ſede, e i ſommi Dei:
Queſti li frutti della Frigia lega,
E l' amiſtà dei due popoli uniti?
Quai torti omai alle private genti
Non ſi faran, ſe con ingiuria tale
Si offende anche l' onor dei primi Duci?
Ogni gente, ogni età tutta ſi aduna,
Nè ſolo quei ſono deſtati all' armi,
Che ſu'l Iſtmo racchiuſi, hanno all' intorno
Come un gran vallo, e l' uno e l' altro mare;
O quei che di Malèa la ſtrepitoſa
Dall' alto promontorio han la difeſa,
Ma quei di Friſſo da lontan concorrono
Sin da colà, dove un anguſto mare
Fra l' Aſia, e fra l' Europa è per confine.
Le genti ancor, che il mar di ſopra ſchiera
Lungo le ſpiagge dell' oppoſta Abido.

Fervet amor belli, concussasque erigit urbes.
Æra domant Temesæ; quatitur navalibus ora
Eubois, innumera resonat incude Mycenæ.
Pisa novat currus! Nemee dat terga ferarum.
Cirrha sagittiferas certat stipare pharetras. 20
Lerna graves clypeos cæsis vestire juvencis.
Dat bello pedites Etolus, & asper Acarnan.
Argos agit turmas; vacuantur pascua ditis
Arcadiæ; frenat celeres Epiros alumnos.
Phocis, & Aoniæ jaculis rarescitis umbræ. 25
Murorum tormenta Pylos, Messanaque tradunt.
Nulla immunis humus; velluntur postibus altis
Arma olim dimissa patrum, flammisque liquescunt
Dona deûm, & raptum superis Mars efferat aurum.
Nusquam umbræ veteres; minor Othrys, & ardua sidunt
Taygeta, exuti viderunt aëra montes, 31
Jam natat omne nemus; cæduntur robora classi.
Sylva minor remis; ferrum laxatur ad usus

27. *Postibus altis arma*. Ex postibus inquit domuum arma avellebantur. Hocque ex consuetudine est Romanorum, in quorum foribus & circa limina excellentium animorum imagines erant, affixis hostium spoliis, quæ nec emptori refringere liceret, quæ etiam dominis mutatis, domus ornamenta erant. Eratque hæc stimulatio summa & ingens exprobrantibus tectis quotidie imbelle intrare in alienum triumphum.

32. *Jam natat omne nemus*. Navium multitudinem ostendit, quas supra mille fuisse produnt.

Già il disio della guerra arde all' intorno,
E le scosse città tutte solleva.
Già si fondono in Temesa i metalli;
Da Calafati si percuote il lido
D' Euboe; risuona dalle molte incudi
Micene, e Pisa fabbrica li carri;
Nemea le conce pelli somministra,
E Cirra le faretre da saette
Si affatica in stirpar, Lerna gli scudi
Pesanti cuopre di bovini cuoi.
Dà l' Etolia, e l' Acarnia fantaccini,
Ed Argo i condottieri delle squadre.
Si abbandonano i pascoli d' Arcadia.
Gli Epiroti già montano i veloci
Corsieri, che fra lor furo nutriti.
Voi di Focide e Aonia ombre gradite
Pei tronchi rami a formar dardi, rare
Quindi sarete. Dan Pilo e Messana
Tutti gli attrezzi, e macchine murali.
Terra non v' è che si rimanga immune.
Già si staccan d' intorno all' alte porte
Quell' armi che vi fur da padri appese:
Già dalle fiamme liquefatti sono
I voti consacrati ai sommi Dei,
E quell' oro che ad essi vien rapito,
Impiega Marte in uso più feroce.
D' ogn' intorno già più non si ravvisano
Le solite ombre, nè tant' alto appare
L' Otri, nè così alpestre il Taigeto,
Che spogliati già fur del verde ammanto,
E l' aria già rimirano li monti.
Già reciso ogni bosco in mar galleggia,
Le travi a fabbricar navi si adoprano,
E non basta una selva a tanti remi.

Innumeros; quod roſtra liget; quod muniat arma;
Belligeros quod frenet equos; quod mille cathenis 35
Squallentes nectat tunicas; quod ſanguine fumet,
Vulneraque alta bibat; quod conſpirante veneno
Impellat mortes, tenuantque humentia ſaxa
Attritu, & pigris addunt mucronibus iras.
Nec modus, aut arcus lentare, aut fundere glandes,
Aut torrere ſudes, galeaſque attollere conis. 41
Hos inter motus pigram gemit ora quietem
Theſſalis, & geminis incuſat fata querelis.
Quod ſenior Peleus, nec adhuc maturus Achilles.
Jam Pelopis terras, Grajumque exhauſerat orbem 45
Præcipitans in tranſtra viros inſanus, equoſque,
Bellipotens, fervent portus, & operta carinis
Stagna, ſuaſque hyemes claſſis promota, ſuoſque
Attollit fluctus, ipſum jam puppibus æquor
Deficit, & totos conſumunt carbaſa ventos. 50
Prima rates Danaas Hecatejas congregat Aulis *

41. *Aut torrere ſudes*. Palis enim aduſtis antiqui in bello utebantur. Virgil.
Stipitibus duris agitur ſudibuſque præuſtis. *Conis*. Dicitur Conus pinna illa galeæ in qua criſtæ defiguntur.

46. *In tranſtra*. Tabulata navium in quibus ſtant remigantes.

Ad usi innumerabili si piega
Rovente il ferro, o perchè stretto leghi
I timoni alle navi, o induri l'armi,
O perchè serva di temuto freno
Ai guerrieri cavalli, o perchè copra
D' impenetrabil maglia i corsaletti,
O che tirato a fabbricarne strali
Abbia dopo a fumar d'umano sangue,
E co'l ferir il più nascoso beva,
O che inasprito dal veleno asperso
Spinga dentro le vene, e doglia e morte.
L' inumidite ruote l' assottigliano,
Ed alle punte ottuse accrescon l' ira.
Più riposo non v' è. Chi prova gli archi,
E chi vibra le palle, o indura l' aste
Co'l fuoco, ed altri adorna li cimieri.
Fra tanti moti marziali, sola
Dell' ozio pigro suo Teti si lagna,
E con doppia querela i fati accusa:
Che troppo vecchio Peleo, e non ancora
Nella matura età sia giunto Achille.
Già le terre di Pelope, e l' intiero
Giro di tutta Grecia esausto avea
Marte, che l' alto impero ha su la guerra,
Mentre gli uomini tutti in furia spinge
A salir su le navi, ed a cavallo.
Par che i porti ne bollano, e gli stagni,
Che tutti son di legni ricoperti,
E l' armata naval già spinta innanzi,
Delle burrasche sue, dell' onde salse
Vittoriosa par che pompa faccia.
A tante navi più non basta il mare,
E sorbiscon le vele tutti i venti.
Aulide l' Ecatea la prima unisce

Rupibus expoſitis; longique crepidine dorſi
Euboicum ſcandens Aulis mare, littora multum
Montivagæ dilecta deæ, juxtaque Caphareus
Latratum pelago tollens caput; ille pelaſgas 55
Ut vidit tranſnare rates, ter monte, ter undis,
Intonuit, ſævæque dedit præſagia noctis.
Cœtus ibi armorum, Trojæ fatalis: ibi ingens
Juratur bellum; donec Sol annuus omnes
Conficeret metas: tum primùm Græcia vires 60
Contemplata ſuas; tunc ſparſa, ac diſſona moles
In corpus; vultumque coit, & rege ſub uno
Diſpoſita eſt. Sic curva feras indago latentes
Claudit, & admotis paulatim caſſibus arctat.
Illæ ignem, ſonitumque pavent; diffuſaque linquunt
Avia, miranturque ſuum decreſcere montem, 66
Donec in anguſtam ceciderunt undique vallem.
Inque vicem ſtupuere greges, ſocioque timore
Manſueſcunt; ſimul hirtus aper, ſimul urſa, lupuſque

59. *Juratur*. Nam, ut diximus, conjuravere Græci donnum non primum reverſuros quam Troja everſa eſſet. *Donec ſol annuus*. Hoc dicit, Dum in Aulide Græci congregantur annum unum tranſiviſſe.

Le Greche navi fra l'esposte rupi,
Aulide, che col suo sì lungo dorso
Nell' Euboico mar erta risale.
Cari quei lidi son molto alla Dea;
Che alla caccia vagar suole nei monti.
Il Cafareo di là poco discosto
Latrante alza dal pelago la testa.
Ei vide appena traghittar le Greche
Navi, tre volte fuor dal cupo fondo
Del mar, ed altrettante dalla terra
Tuonò con un' orribile muggito,
E presagì la sventurata notte.
Ivi dell' armi è l'adunanza prima,
Che per Troja sarà così fatale.
Ivi la guerra celebre si giura
Pria che d'un anno il Sol giunga alle mete.
La Grecia allor le forze sue conobbe
La prima volta, in un sol corpo allora
La segregata e discordante mole
Unita insieme nuova forma prese;
Sotto il regno di un sol si pose allora.
Son racchiuse così dal faticoso
Cacciator le fuggiasche orride fiere,
E a poco a poco nelle reti avvolte.
Temon' esse del fuoco, e del romore
Uscite fuor delle riposte tane:
Dà loro un gran spavento, e maraviglia,
Che tant' ampio il lor monte più non sia,
E all' intorno così tanto si aggirano,
Sinchè cadute sien dentro la valle.
Attonite fra lor poi si rimangono,
Ed ammansate dal comun timore;
Anzi si stanno già ristretti insieme
E l'ispido cinghial, e l'orsa, e il lupo,

Cogitur & captos contemnit cerva leones. 70
Sed quamquam gemini pariter sua bella capessant
Atridæ, famamque avidi virtute paternam
Tydides, Sthenelusque premant; nec cogitet annos
Antilochus; septemque Ajax umbone coruscet
Armenti greges, atque æquum montibus orbem, 75
Consiliis, armisque vigil contendat Ulysses:
Omnis in absentem belli manus ardet Achillem.
Nomen Achillis amant, & in Hectora solus Achilles
Poscitur; illum unum Teucris, Priamoque loquuntur
Fatalem; quis enim Æmoniis sub vallibus alter 80
Creverit, effossa reptans nive? cujus ab ortu
Cruda rudimenta, & teneros formaverit annos
Centaurus? patrii propior cui linea cœli?
Quemve alium ad stygios tulerit secreta per amnes
Nereis? & pulchros ferro perstrinxerit artus? 85
Hæc Grajæ castris iterant, traduntque cohortes;
Cedit turba ducum, vincique haud mœsta fatetur.

73. *Tytides*. Diomedes filius Tydei. *Sthenelus*. Capanei regis fuit filius ex Evadne uxore, qui in bello Trojano egregiam operam navavit: in equo inclusum fuisse Virgil. testatur:
Tisandrus Sthenelusque duces & Ulysses.

83. *Cui linea cœli*. Commendatio est a genere, ut jure poscendus sit ad bellum Trojanum, utpote qui divino auxilio plurimum niti possit. Nam Peleus, pater Achillis natus est ex Æaco, Æacus ex Ægina, & Jove. Ergo Achilles pronepos est Jovis.

85. *Ferro prestrinxerit artus*. Morem lavantium se in balneis respexit qui strigilibus utebantur ad sudorem detergendum. *Perstrinxerit*, deraserit. Nam stringere est radere; ut ait Marcellus.

E dei presi leon la cerva ride.
Ma quantunque già pronti all' armi sieno
I due fratelli Atridi, e impazienti,
E Stenelo, e Diomede la paterna
Fama uguagliar con lor virtù già pensino,
E Antiloco l' età sua non rammenti.
Ajace ancor' il suo pesante scudo
Sette volte all' intorno ricoperto
Colle pelli de' tori abbia imbracciato,
Difesa pari alle più salde mura;
E quantunque nell' armi, e nel consiglio
Il sollecito Ulisse ancor prevaglia,
Il solo assente Achille a pieni voti
Compagno alla grand' opra il campo aspetta.
D' Achille sol si tiene il nome in pregio,
Achille sol si vuole incontro ad Ettore.
Di lui come fatale a Troja, e a Priamo
Si parla unicamente. E chi altro mai
Nutrito fu sotto l' Emonie rupi,
E su l'algenti nevi, e duro ghiaccio
Brancolando segnò l' orme bambine?
Chi da primi anni mai fu con sì austera
Cura educato, e poi cresciuto appena
Del rigido Centauro ebbe la scuola?
Chi mai vantar si può di più vicina
Paterna stirpe, che dal Ciel discenda?
Qual altro mai fin' allo Stigio fiume
La Nereide portò nel sen celato,
E le membra di lui sì dilicate
Indurò contro al ferro al nero bagno?
Tanto di questo si ragiona, e tanto,
Che cede al fin dei condottier lo stuolo,
E d' esser vinto con piacer confessa.
Così allor che si armaro spaventati

Sic cum pallentes Phlegræa in castra coirent
Cœlicolæ *, jamque Odrysiam Gradivus in hastam
Surgeret, & libycos Tritonia tolleret angues *, 90
Ingentemque manu curvaret Delius arcum,
Stabat anhela metu solum Natura Tonantem
Respiciens; quando ille hyemes, tonitrusque vocaret
Nubibus, igniferam quæ fulmina posceret Ætnam.
Atque ibi dum mixta vallati plebe suorum 95
Et maris & belli consultant tempora reges,
Increpitans magno vatem Calchanta tumultu,
Protesilaus ait: (namque huic bellare cupido
Præcipua, & primæ jam tunc data copia mortis.)
O nimium Phœbi tripodumque oblite tuorum 100
Thestoride; quando ora deo possessa movebis
Justius? aut quando Parcarum occulta recludes?
Cernis ut ignotum cuncti stupeantque, petantque
Æaciden? sordet vulgo Calydonius Heros,
Et magno genitus Telamone, Ajaxque secundus, 105
Nos quoque, sed Mavors & Troja abrepta probabunt.
Illum neglectis (pudet heu!) ductoribus, omnes

89. *Odrysiam hastam*. Id est, Threiciam. Nam Odrysii populi sunt Thraciæ: Thracia enim domicilium est Martis.

97. *Vatem Calchanta*. Thestoris Trojani fuit filius, vates maximus, qui cum circa principia belli a Trojanis missus esset cum multis muneribus ad Delphicum oraculum, responsumque accepisset, ut omissis Trojanis Græcorum felicitatem sequeretur, ad eos transivit.

100. *Tripodum*. *Tripodes*, mensa trium pedum propter tempus præsens, præteritum & futurum, quæ vates considerant.

105. *Ajax*. Duo enim fuêre, unus filius Telamonis, alius filius Oilei, qui minor alio fuit viribus & tempore, oriundusque a Locride regione contermina Æthohæ.

Li Numi tutti alla Flegrea battaglia,
Mentre l' Odrisia lancia impugna Marte,
E Proserpina irata i venenosi
Serpi di Libia colla mano estolle,
E Febo incurva il formidabil arco,
La gran madre Natura il solo Giove
Pel timor anelante iva mirando,
Quando fuor delle nubi le tempeste,
Ed i folgori, e i tuoni egli chiamasse,
O afferrasse quel fulmine tremendo,
Che valesse a colpir l' Etna focoso.
Or mentre ivi si stan colla confusa
Plebe de' suoi li due Reali intorno,
E dei modi consultano, e del tempo
Da incominciar la guerra, e uscir in mare,
Protesilao con gran romor gridando
A Calcante indovino si rivolse
(Che grande avea colui disìo di guerra,
E lui primo il destin traeva a morte)
Troppo di Febo, disse, e de' tuoi tripodi,
O nipote di Nestore scordato,
E quando mai codesta sacra bocca
Con più giusta ragion aprir vorrai,
O delle Parche svelerai gli arcani?
Non ve' che ognun con istupor disìa
D' aver nel campo il non ben noto Achille?
Non pregia il volgo il Calidonio Eroe,
Nè del gran Telamon si pregia il figlio,
Nè l' Ajace secondo, ed ancor io
Tenuto da costor non sono in pregio;
Ma in guerra, e a Troja si farà la prova.
Lui sol, negletti i proprj capitani,
(Forza è pur dirlo) adorano le schiere
Qual nume della guerra. Or tu favella

Belligerum ceu numen amant; dic ocyus (aut cur
Serta comis, & mutus honos?) quibus abditus oris,
Quave jubes tellure peti; nam fama nec antris 110
Chironis, patria nec degere Peleos aula.
Eja irrumpe moras, & fata latentia laxa,
Laurigerosque ignes, si quando avidissimus hauri:
Arma horrenda tibi, sævosque remisimus enses;
Nunquam has imbelles galea violabere vittas; 115
Sis felix, numeroque ducum præstantior omni,
Si magnum Danais per te portendis Achillem..
Jamdudum trepido circumfert lumina motu,
Intrantemque Deum primo pallore fatetur
Thestorides, mox igne genas, & sanguine torquens
Nec socios, nec castra videt, sed cæcus & amens 121
Nunc superûm magnos deprendit in æthere cœtus,
Nunc sagas affatur aves, nunc dura sororum
Licia, thuriferas modò consulit anxius aras.
Flammarumque apices rapit, & caligine sacra 125
Pascitur; exiliunt crines, rigidisque laborat

125. *Rapit*. Mente consulendo, ita enim per flammarum motus solebant judicare, ut Tiresias in Thebaide quando judicavit Menœtium moriturum pro patria. *Pascitur*. Sorbendo fumum, vel quantum ad animum judicando.

(A che ti stai colla ghirlanda in capo
Senza vaticinar tacito e muto?)
In qual parte si trova egli nascoso?
Ed in qual piaggia ricercarlo è d'uopo?
Giacchè nell' antro di Chiron sappiamo
Non esser' egli per sicura fama,
Nè men di Peleo alla paterna reggia:
Su ti affretta, e ci scopri i fati ascosi,
E il suffumigio del sacrato alloro,
Più che non festi mai, avido bevi.
Per questo sei dalla milizia immune,
Nè sei tenuto a maneggiar la spada,
E giammai non saran codeste bende
Da guerriero cimier contaminate.
O che a te largo il ciel piova i suoi doni,
Sopra gl' istessi Duci avventuroso,
Se alli Greci per te fia mostro Achille!
Poichè per lungo tempo l' Indovino
Le sue trepide luci intorno gira,
E prima col pallor mostra che viene
Ad occupargl' il petto il sacro Nume,
Poi di sangue, e di fuoco tinge il volto,
Nè più vede i compagni, o i padiglioni,
Ma cieco e furioso or mira in Cielo,
E degli Dei si mesce al gran consiglio:
Coi fatidici uccelli or parla: or vede
Alle orribili Parche in man lo stame:
Impaziente poi corre agli altari,
E di odoroso incenso li profuma:
Gl' infuocati carboni indi ne toglie:
L' estreme acute fiamme ne divora,
E di sacra caligine si pasce.
Se gli dirizza il crine, e rabbuffato
Sotto la sacra benda si scompone:

Vitta comis, nec colla loco, nec in ordine greſſus.
Tandem feſſa tremens longis mugitibus ora
Solvit, & oppoſitum vox eluctata furorem eſt.
Quo rapis ingentem magni Chironis alumnum 130
Fœmineis, Nerei, dolis? huc mitte; quid aufers?
Non patiar, meus iſte meus; tu diva profundi,
Et me Phœbus agit; latebris quibus abdere tentas
Everſorem Aſiæ? video per Cycladas altas
Attonitam, & turpi quærentem littora furto. 135
Occidimus; placuit Lycomedis conſcia tellus.
O ſcelus! en fluxæ veniunt in pectora veſtes!
Scinde puer, ſcinde, & timidæ ne crede parenti.
Hei mihi! raptus abit; quænam hæc? procul improba
virgo.
Hic nutante gradu ſtetit, amiſſiſque furoris 140
Viribus, ante ipſas tremefactus corruit aras.
Tunc hærentem Ithacum Calydonius occupat Heros:
Nos vocat iſte labor, neque enim comes ire recuſo,
Si te cura trahit; licet ille ſonantibus antris
Tethyos adverſæ, gremioque prematur aquoſo 145
Nereos, invenies, tu tantum providus aſtu

136. *Occidimus*. Eo quod fortem virum inter omnes Cycladas non potuerit ponere in pejori loco, quam in Scyro, inter mulierculas.

Lycomedis tellus: Id eſt Scyrus inſula. *Conſcia*: Propter Deidamiam dictum, quæ ſola Achillem noverat.

Torce con modo ſtrano e collo, e paſſi:
Apre ſtanco, e tremante al fin le labbra
Con gran muggito, e dalla roca voce
Del divino furor vinta è la forza:
Dove del buon Chirone il grande alunno
Nereide porti con donneſco inganno?
Quà lo ritorna. E perchè tu l' involi?
Nò nò, no'l vuò ſoffrir. Codeſto è mio,
E mio ſarà, tu donna ſei del mare,
Ed io racchiudo in ſen di Febo il nume.
In quai tenebre mai tanto riposte
Dell' Aſia il diſtruttor celar ti penſi?
Per le Cicladi già ti veggo attonita
Cercar quei lidi per l' iniquo furto.
Ah ſiam perduti. Oimè la frequentata
Reggia di Licomede a lei già piacque.
O fiera ſcelleragine! Su'l petto
Cader gli veggo li donneſchi veli.
Straccia fanciullo pur, ſtracciagli ardito,
Nè alla timida madre orecchio porgi.
Oimè che già rapito ſe ne parte!
Ma chi è coſtei? Via via sfacciata vergine.
Quì vacillante il paſſo ſi riſtette;
Del divino furor mancò la forza,
E tramortito cadde innanzi all' are.
Il primo allora il Calidonio Eroe
Al figlio di Laerte a lui vicino
Rivolto diſſe: a noi queſta bell' opra
Conviene; e ſe intraprenderla tu vuoi,
Di venirti compagno io non ricuſo.
Ancorch' egli negli antri ſtrepitoſi
Della inimica Tetide ſi ſteſſe,
O ch' ella ſel teneſſe in grembo ſtretto,
Il troverai tu ben, che tanto accorto

Tende animum vigilem, fœcundumque erige pectus.
Nam te quis vatum dubiis in casibus ausit
Fata videre prior? subicit gavisus Ulysses.
Sic Deus omnipotens, sic annuat, illaque firmet 150
Virgo paterna tibi; sed me spes lubrica tardat.
Grande equidem armatum est castris inducere Achillem;
Sed si fata negent, quàm fœdum, ac triste reverti.
Vota tamen Danaûm non intentata relinquam.
Jamque adeo aut aderit mecum Peleius Heros, 155
Aut verum penitus latet, & sine Apolline Calchas.
Conclamant Danai, stimulatque Agamemno volentes:
Laxantur cœtus, resolutaque murmure læto
Agmina discedunt. Quales jam nocte propinqua
E pastu referuntur aves; vel in antra reverti 160
Melle novo gravidas mitis videt Hybla catervas.
Nec mora: jam dextras Ithaceia carbasus auras
Poscit, & in remis hilaris sedere juventus.
At procul occultum falsi sub imagine sexus

Basta

161. *Hybla*. Oppidum est Siciliæ nobilitatum præstantia mellis, ut Hymetum in Attica.

Basta sol che tel volga entro il pensiero,
E che sollevi la seconda mente.
Qual' indovino mai nei dubbj casi
Seppe prima di te scoprire i fati?
Ripiglia sorridendo allora Ulisse:
Lo conceda così l' eterno Giove,
E lo consenta la casta Diana
Per origin paterna a te vicina;
Ma mi arresta una lubrica speranza.
Cosa in vero saria degna di lode
Al campo armato presentare Achille;
Ma se il destin non lo volesse mai,
Con qual' onta sarià 'l nostro ritorno?
Non fia però che di tentar mi resti,
Come si adempian della Grecia i voti;
O che di Peleo il figlio a me compagno
Fia che quì tragga; o che ai mortali il vero
In oscura caligine si asconde;
O ch' è mancato all' indovino il Nume.
Alzano i Greci allor tutti le grida,
E Agamennone a lor, che n' han disìo,
Stimoli accresce. L' adunanza sciolta
Con lieto mormorio tutte le squadre
Se ne tornano indietro alla rinfusa
Come gli uccelli all' imbrunir la sera
Dalla pastura lor vengon satolli;
O pur colà nell' Ibla temperata
Gravi di novo mele in schiera l' api
Agli alveari lor fanno ritorno.
Più non si tarda omai. La ciurma d' Itaca
Il travaglio desìa, le vele ai venti,
E allegra cerca di sedersi al remo.
D' Achille intanto, che lontan si cela
Sotto mentite spoglie, il vero sesso

Æaciden furto jam noverat una latentem 165
Deidamia virum, ſed opertæ conſcia culpæ
Cuncta pavet, tacitaſque putat ſentire ſorores.
Namque ut virgineo ſtetit in grege clarus Achilles,
Exolvitque rudem genitrix digreſſa pudorem,
Protinus elegit comitem (quamquam omnis in illum
Turba coit) blandæque novas nil tale timenti 171
Admovet inſidias; illam ſequiturque, premitque
Improbus, illam oculis iterumque, iterumque reſumit.
Nunc nimius lateri non evitantis adhæret.
Nunc levibus ſertis, lapſis nunc ſponte caniſtris,
Nunc thyrſo parcente ferit; modo dulcia notæ 176
Fila lyræ, tenueſque modos, & carmina monſtrat
Chironis, ducitque manum, digitoſque ſonanti
Infringit cytharæ; nunc occupat ora canentis,
Et ligat amplexus, & mille per oſcula laudat. 180
Illa libens diſcit, quo vertice Pelion, & quis
Æacides; puerique auditum nomen, & actus
Aſſiduè ſtupet, & præſentem cantat Achillem.
Ipſa quoque & validos proferre modeſtius artus,
Et tenuare rudes attrito pollice lanas 185

181. *Quo vertice Pelion*. Subaudi ſit, id eſt diſcit libenter docente Achille, cantare ad lyram qualis ſit Peleus, & qualis Achilles; nam ipſe ſe ſimulabat ſororem Achillis: *Pelion*. Mons Theſſaliæ.

La sola Deidamia già ben sapea,
Che rivolgendo in suo pensier la prima
Segreta colpa sua tutto paventa,
E parle udir le tacite compagne.
Che appena in mezzo si trovò di quelle
Vergini Achille, e nel partir la madre
Il selvaggio rossor scosso gli avea,
Tosto costei per sua compagna elegge:
Quantunque tutte l' altre abbia d' intorno,
A lei, che l' accarezza, e che non teme
D' inganno tal, d' amor l' insidie ordisce.
Lei sempre segue, e spesso ardito stringe:
L' avido guardo in lei ferma, e riferma:
Or al fianco di lei, che non lo fugge,
Troppo è vicino: ed or con le fiorite
Ghirlande, ed or co i ben tessuti cesti
Fatti ad arte cader; ed or col tirso
Leggermente scherzando la percote.
L' armoniose fila ora le mostra
Dell' usata sua lira, e le minute
Note co i versi di Chiron le insegna,
E la man le accompagna, e mentre suona
Le dita su le corde anco le preme.
Se canta poi, su la soave bocca
Si posa, ed abbracciandola la stringe,
Mentre lode le dà fra mille baci.
Volentieri ella pur ascolta, e impara
Quant' alto il Pelio sia, e quale Achille:
Del giovinetto il solo noto nome,
E l' opere di lui loda, ed ammira,
E di lui canta, che le siede a lato.
Ella pur di portar con più modesto
Contegno quelle sue membra robuste,
E di filar col pollice torcendo

Demonstrat, reficitque colos, & perdita dura
Pensa manu, vocisque sonum, pondusque tenentis.
Quodque fugit comites, nimio quod lumine sese
Figat, & in verbis intempestivus anhelet,
Miratur, jam jamque dolos aperire parantem, 190
Virginea levitate fugit, prohibetque fateri.
Sic sub matre Rhea juvenis regnator Olympi
Oscula securæ dabat insidiosa sorori
Frater adhuc, medii donec reverentia cessit
Sanguinis, & versos germanæ expavit amores. 195
Tandem detecti timidæ Nereidos astus.
Lucus Agenorei sublimis ad orgia Bacchi *
Stabat, & admissum cœlo nemus; hujus in umbra
Alternum revocare piæ Trieterica matres *
Consuerant, scissumque pecus, terraque revulsas 200
Ferre trabes, gratosque deo præstare furores.
Lex procul ire mares, iterat præcepta verendus

200. *Scissumque pecus*. Utrum tympana quæ ex pellibus conficiuntur? Nam tibiis, tympanis, tintinabulisque sacrificia Bacchi celebrantur, unde inferius, *Bacchæaque terga, mitrasque huc tuleris*, id est tympana; an nebridas intelligit? nam pellibus cervorum incinctæ mulieres sacra peragebant quod ideo faciebant, ne (ut scribit Plini.) dormientes supra eas serpentum accessus timerent.

201. *Trabes*. Id est hastas, quas thyrsos dixêre. Eæ erant aculeatæ & hæderâ sive pampinis obtectæ. *Furores*, nam furiis agitatæ ferebantur, unde Mænades dictæ sunt à μαίνομαι verbo Græco, quod significat furo.

Le bianche lane con piacer gl' insegna,
E gli riatta il fuso, e le matasse,
Ch' egli scompone colla man pesante.
Del suono della voce e della forza
Con cui sostiene i pesi, e perchè fugge
L' altre compagne, e perchè troppo gli occhi
Nel rimirarla egli trattenga fissi,
E perchè troppo di passion le mostri
Con sue parole fuor di tempo, nota,
E vezzosa con lui si maraviglia.
Da lui, ch' è pronto di svelar l' inganno,
Con leggerezza virginal sen fugge,
Nè gli dà tempo di spiegare il vero.
Tal della madre Rea sotto la cura
Il Re d' Olimpo insidiosi baci
Alla sicura sua suora porgea,
E da fratel si contenea, sintanto
Che del sangue comun mancò il rispetto,
E conosciuti ella temè da poi
Passati in colpa gl' innocenti amori.
Della timida Teti or sono al fine
Tutti a Deidamia noti gl' inganni.
Un bosco v' era sopra un' alto monte
Alle feste di Bacco dedicato,
Bacco il Tebano, e colle antiche piante
Alle stelle parea quasi vicino.
Ivi nell' ombra opaca i sacrificj
Di tre anni in tre anni alternamente
Dalle divote madri si soleano
Rinnovellar, e le scannate vittime
E gli arbuscelli svelti dal terreno
Al nume offrir; e ai soliti furori
Tanto piaciuti a lui tutte si davano.
Per legge antica da quel luogo esclusi

Ductor, inaccessumque viris edicitur antrum.
Nec satis est; stat sine dato metuenda sacerdos,
Exploratque aditus; ne quis temerator oberret 205
Agmine fœmineo, tacitus subrisit Achilles.
Illum virgineæ ducentem signa catervæ,
Magnaque difficili solventem brachia motu,
(Et sexus pariter decet, & mendacia matris)
Mirantur comites; nec jam pulcherrima turbæ 210
Deidamia suæ, tantumque admota superbo
Vincitur Æacide, quantum premit ipsa sorores.
Ut vero à tereti demisit Nebrida collo,
Errantesque sinus edera collegit, & altè
Cinxit purpureis flaventia tempora vittis, 215
Vibravitque gravi redimitum missile dextra:
Attonito stat turba metu, sacrisque relictis
Illum ambire libet, pronosque attollere vultus.
Talis ubi ad Thebas vultumque, animumque remisit
Evius*, & patrio satiavit pectora luxu: 220

213. *Nebrida*. Pellem cervi, quam ferebant, quam Plinius dicit hoc efficere ne dormientes supra eam serpentum accessum timeant: νεβρὸς hinnulum sive pullum cervi significat.

Gli uomini ſono ; e il ſacerdote ancora
Ne rinnova il comando, e a maſchj vieta
Nella ſacra ſpelonca il porre il piede.
Anzi di più: Su'l limite preſcritto
Sacerdoteſſa rigida ſi arreſta,
Che cauta oſſerva chi là dentro move,
Perchè taluno tra il femmineo coro
Con temerario ardir non ſi confonda.
Ma tacito fra ſe ſorriſe Achille.
Lui che dinanzi al coro delle vergini
Porta l' inſegna, e le robuſte braccia
Al geſto femminil a ſtento adatta
(Che il finto-ſeſſo, e della ſcaltra madre
L' arti inſegnate ſi rammenta, e ſegue)
Tutte ammirando van l' altre donzelle.
Ma già la bella Deidamia ſi ſcoſta
Dalla turba dell' altre, ed al ſuperbo
Achille ſi accompagna, da cui ſtretta
E' fra le braccia sì, com' ella ſuole
Stringer con libertà l' altre compagne.
Or poichè il manto di conciata pelle
Dal pieghevole collo egli depoſe,
Il biondo crine di purpurea benda,
E lo ſcompoſto ſen d' edera avvinſe,
E il dardo avvolto di fiorito ſerto
Vibrar fu viſto colla forte mano:
Tutte con gran timor tacite ſtanno,
E abbandonati i ſacrificj allora
Al celato garzon corron d' intorno,
E il volto, che tenuto aveano chino,
Desìo le ſpinge di fiſſar in lui.
Tale fu Bacco allor che affaticato
In Tebe ſerenò l' animo, e il volto;
Il petto colmo del natio licore

Serta comis, mitramque levat, thyrsumque virentem
Armat, & hostiles invasit fortior Indos.
Scandebat roseo medii fastigia cœli
Luna jugo; totis ubi Somnus inertior alis
Defluit in terras, mutumque amplectitur orbem: 225
Consedere chori, paulumque exercita pulsu
Æra tacent; tenero cum solus ab agmine Achilles
Hæc secum: Quonam timidæ commenta parentis
Usque feres? primumque imbelli carcere perdes
Florem animi? non tela licet Mavortia dextra, 230
Non trepidas agitare feras? ubi campus, & amnes
Æmonii? quærisne meos Sperchie natatus,
Promissasque comas? an desertoris alumni
Nullus honos? Stygiasne procul jam raptus ad umbras
Dicor? & orbatus plangit mea funera Chiron? 235
Tu nunc tela manu, nostros tu dirigis arcus,
Nutritosque mihi scandis Patrocle jugales:
Ast ego pampineis diffundere brachia thyrsis,
Et tenuare colos (pudet heu, tædetque fateri)
Jam scio; quin etiam dilectæ virginis ignem, 240

221. *Mitramque levat*. Aufert in bellum proditurus. *Mitram*. Nam si quando Liber ex potu caput agitaret mitra caput alligabat, unde & μιτροφόρος dictus est, reges vero posteri pro mitra caput diademate vincire soliti sunt.

227. *Æra*. Cymbala, nam tibiis cornibus, cymbalum, & tintinnabulum agebantur.

233. *Promissasque comas?* Consuetudo enim erat apud antiquos, ut quis, prout libitum erat, diversis Deabus vel fluminibus crinem aut barbam suam voveret.

Colla ghirlanda in capo, e colla mitra,
Di tirſo verdeggiante armò la mano,
E più forte aſſalì gl' Indi feroci.
Mezza la via del Ciel già corſa avea
Cintia col carro ſuo ſparſo di roſe:
Quando piegate le ſue placid' ale
Il pigro ſonno ſopra noi ſi poſa,
E il mondo cheto d' ogn' intorno abbraccia.
Delle donzelle il coro avea ripoſo,
I bronzi a longo ſuono affaticati
Nel ſilenzio comun taceano muti:
Lontano allor dall' amoroſa ſchiera
Solo Achille fra ſe così dicea:
E fin dove condur dalle menzogne
Ti laſcerai dell' atterrita madre?
Dunque in carcere tanto effeminato
Perder tu vuoi dei più begli anni il fiore?
Forſe trattar non puoi ſpada guerriera?
O pur cacciar le timoroſe belve?
Dov' è l' Emonio campo, e dove i fiumi?
Ch' io mi ti getti a nuoto, o Sperchio forſe
Aſpetti, e il voto delle offerte chiome?
O pur di me qual mal ſeguace alunno
La memoria condanni? O che la fama
Sparſa è ch' io ſia là sù la Stigia riva?
E della morte mia piange Chirone?
Tu maneggi i miei dardi, e l' arco mio
Patroclo amico, e tu di quei deſtrieri,
Ch' io già nutriti avea, governi il freno.
Io qui giucar co 'l pampinoſo tirſo
(Troppo d' onta è per me, troppo m' annoja)
E di avvolger le lane intorno al fuſo,
Arte di me non degna, ahi troppo appreſi.
Anzi di donna gli amoroſi ſguardi,

Æquævamque facem captus noctesque, diesque,
Dissimulas? quonam usque premes urentia pectus
Vulnera? teque marem (pudet heu) nec amore probabis?
Sic ait; & densa noctis gavisus in umbra
Tempestiva suis torpere silentia furtis, 245
Vi potitur votis, & toto pectore veros
Admovet amplexus: risit chorus omnis ab alto
Astrorum, & teneræ rubuerunt cornua Lunæ.
Illa quidem clamore nemus, montemque replevit,
Sed Bacchi comites discussa nube soporis 250
Signa choris indicta putant; fragor undique notus
Tollitur, & thyrsos iterum vibrabat Achilles.
Ante tamen dubiam verbis solatur amicis:
Ille ego (quid trepidas?) genuit quem cœrula mater
Peliacis sylvis, nivibusque immisit alendum 255
Thessalicis; neque ego hos cultus, aut fœda subissem
Tegmina, ni primo te visa in littore; cessi
Te propter; tibi pensa manu, tibi mollia gesto
Tympana; quid defles magno nurus addita ponto?

251. *Signa* Nam clamoribus dabatur signum sacris, unde: *nocturnusque vocat clamore Cytheron*, unde ubi illa exclamavit violentia illata, sorores & aliæ putarunt exclamasse, ut signum daret illis.

E d' una ſteſſa età la face ardente
Innamorato Achille e notte, e giorno
Diſſimulando vai? E quanto ancora
Dentro di te naſconderai la piaga
Che ti lacera il petto? Adunque mai
Amando (ahi che pur troppo mi arroſſiſco)
Di tuo viril vigor non farai prova?
Così diſſe fra ſe. Poi nella denſa
Ombra notturna allegro il cupo e muto
Silenzio ai furti ſuoi vede opportuno.
A viva forza le ſue brame appaga,
E tra le ſue sì poderoſe braccia
Con avido disìo l' accoglie e ſtringe.
Riſer gli aſtri nel Ciel, e della caſta
Diana il volto di roſſor ſi tinſe.
Empie quella di grida il boſco e il monte,
Deſte già credon le Baccanti ſuore,
Che la nube del ſonno diſſipata,
Sia quello il ſegno a riunire il coro.
S' alza toſto il romor in ogni lato:
Di nuovo Achille il tirſo in man riprende;
Ma pria lei, che ſi lagna, con luſinghe
Così conſola: Io quegli ſon (che temi?)
Quegli ſon' io, che la cerulea Madre
In mezzo ai boſchi partorì del Pelio,
E mi diede a nutrir fra l' alte nevi
Della Teſſaglia. Io già non ſarei mai
Così comparſo, e queſti abiti molli
Certamente veſtito io non avrei,
Se te ſul lido, Deidamia, veduto
La prima volta non aveſſi. Allora
Solo per tua cagion vinto mi diedi,
Per tua cagion porto la rocca e il fuſo,
Per tua cagion i timpani di donna.

Quid gemis ingentes cœlo paritura nepotes? 260
Sed pater ante igni, ferroque excisa jacebit
Scyros, & in tumidas ibunt hæc versa procellas
Mœnia, quam sævo mea tu connubia perdas
Funere, non adeo parebimus omnia matri.
Vade, sed ereptum taceas, celesque pudorem. 265
Obstupuit tantis regina exterrita monstris;
Quanquam olim suspecta fides, & cominus ipsum
Horruit, & multum facies mutata fatentis.
Quid faciat? casus ne suos ferat ipsa parenti?
Seque simul, juvenemque premat, fortassis acerbas
Hausurum pœnas? & adhuc in corde manebat 271
Ille diu deceptus amor; silet ægra, premitque
Jam commune nefas; unam placet addere furtis
Altricem sociam, precibus quæ victa duorum
Annuit; illa astu tacito raptumque pudorem, 275
Surgentemque uterum, atque ægros in pondere menses
Occuluit, plenis donec stata tempora metis
Attulit, & partus index Lucina resolvit.

278. *Index*. Quod pueros indicet, & in lucem mittat, nam ob eam rem parturientibus præesse fertur, quod statim nata operam nutricis præstitit Latonæ matri parturienti Apollinem. *Lucina*. Diana, quæ parturientibus præesse dicitur, nomenque accepit à luce, eo quod in lucem fœtus proferat.

Che piangi, or che tu pur sei fatta nuora
Del maestoso Mar, e che darai
Al Cielo i famosissimi nipoti?
Prima dal fuoco il padre mio consunto,
O dal ferro cadrà disfatta Sciro,
E queste mura diroccate andranno
A mescers' in orribili procelle,
Che tu perda giammai la maritale
Mia fede, se non sia colla mia morte.
Nò che in questo ubbidir non vuò la Madre:
Ma vanne, e taci tu d' aver perduto
Il primo fior, e quanto puoi, l' ascondi.
Atterrita da tante maraviglie,
Stupida la donzella si rimane.
Se bene in cuor di lei nato il sospetto
S' inorridì quando sel vide a lato,
E allorchè confessava il proprio inganno
Molto cangiato lo conobbe in volto.
Che potea far? Il palesar al padre
La sua sventura? E ad ambi alta rovina
Recar? Che forse troppo acerbo il fio,
Il giovine pagar n' avria dovuto.
E poi fisso così stavale in cuore
Quell' amor, che ingannata gli portava.
Mesta dunque si tace, e in se racchiude
Il delitto comun; ma chiama in parte
La sola sua nutrice dell' errore,
Che d' ambo ai preghi alfin si dà per vinta.
Questa il rapito onor con modo accorto,
Questa il tumido ventre, e le moleste
Noje che seguon cautamente ascose,
Sinchè del tempo già compito il corso,
Della maturità giunse alle mete,
E l' indice Lucina aprille il parto.

LIBER QUARTUS.

JAmque per Ægæos ibat Laërtia fluctus
Puppis, & innumeræ mutabant Cycladas auræ.
Jam Paros, Olearosque latent; jam raditur alta
Lemnos, & à tergo decrescit Bacchica Naxos,
Ante oculos crescente Samo: jam Delos opacat 5
Æquor, ibi excelsa libant carchesia puppe,
Responsique fidem, & verum Calchanta precantur.
Audiit Arcitenens, Zephyrumque è vertice Cynthi
Impulit, & dubiis pleno dedit omina velo.
It pelago secura ratis; quippe alta Tonantis 10
Jussa, Thetin certas fatorum evertere leges,
Arcebant ægram lachrymis, ac multa gementem,
Quod non erueret pontum, ventisque, fretisque
Omnibus, invisum jam tunc sequeretur Ulyssem.
Frangebat radios humili jam pronus Olympo 15
Phœbus, & Oceani penetrabile littus anhelis
Promittebat equis: cum se scopulosa levavit
Scyros, in hanc totos emisit puppe rudentes
Dux Laërtiades, sociosque resumere pontum

1. *Jamque per Ægæos*. Hoc libro describit poeta navigationem Ulyssis & Diomedis ad Scyron insulam, ubi Achillem habitu femineo delitescentem invenerunt inter puellas regias. *Laertia*. Id est Ulyssis, nam Laertæ filius fuit ex Anticlea.

3. *Paros Olearosque*. Ex Cycladibus sunt, quæ duodecim fuisse produntur in Ægæo sitæ. Paros autem lapidem producit quem Parium appellant ad marmoreas sculpturas aptissimum.

4. *Bacchica Naxos*. Ex Cycladibus una est Baccho consecrata, nam Naxii ferunt hunc deum apud se nutritum, ob eamque rem insulam sibi aceeptissimam esse, Nysiadamque à nonnullis dici, vina habent præcipua, Virg. *Bacchatamque jugis Naxon*.

8. *Arcitenens*. Apollo, cui peritia sagittandi tribuitur, & gloria.

LIBRO QUARTO.

Già la nave d' Ulisse il mar Egeo
Lieve scorreva, e spinta da secondi
Venti, le molte Cicladi passava:
Paro al guardo s' invola, e l' Olearo,
L' alta Lenno si rode, ed alle spalle
S' impicciolisce Nasso a Bacco sacra:
Cresce all' incontro innanzi agli occhi Samo,
E Delo stende l' ombre alla marina:
Ivi dall' alta poppa offrono i calici,
Perchè sia dell' oracolo sicura
La risposta, e Calcante veritiero.
Il Re del Cielo accolse amico i voti,
Del monte Cinto dalla cima spinse
Zefiro, e ai naviganti ancor dubbiosi
A vele gonfie diede i lieti augurj.
Vassene per lo mar franca la nave,
Poichè di Giove l' immortal decreto
De' fati variar le certi leggi
A Tetide vietava, che spargendo
Amarissime lagrime, si duole,
Ch' egli con tutt' i venti e le tempeste
Non sconvolgesse il mar; anzi che allora
Già secondasse l' odiato Ulisse.
Era il tempo, che il Sol nel basso Olimpo
Incurvato rompea li raggi d' oro,
E ai focosi cavalli promettea
Dell' immenso Ocean facile il guado,
Quando cinta di scogli apparve Sciro:
Tutte verso di lei dalla sua poppa
Le sarte spiega di Laerte il figlio,
E ai compagni di darsi all' alto mare,

Imperat, & remis Zephyros supplere cadentes. 20
Accedunt jussi; magis indubitata, magisque
Scyros erat, placidique super Tritonia custos
Littoris; Egressi numen venerantur amicæ
Ætholusque, Ithacusque deæ; tum providus heros
Hospita ne subito terrerent mœnia cœtu, 25
Puppe jubet remanere suos; ipse ardua fido
Cum Diomede petit; sed jam prævenerat arcis
Littoreæ servator Abas, ignotaque regi
Ediderat (sed Graja tamen) succedere terris
Carbasa; procedunt, gemini ceu fœdere juncto 30
Hyberna sub nocte lupi, licet & sua pulset
Natorumque fames, penitus rabiemque minasque
Dissimulat, humilesque meant, ne nuntiet hostes
Cura canum, & trepidos moneat vigilare magistros:
Sic segnes Heroes eunt, campumque patentem, 35
Qui medius portum, celsamque interjacet urbem,
Alterno sermone serunt; prior occupat acer

E coi

23. *Amicæ deæ*. Nam Pallas Græcis semper favit in bello Trojano.
28. *Littoreæ*. Quæ erat in littore extra urbem, qua speculabatur venientes.
29. *Ediderat*. Nuntiaverat regi succedere carbasa ignota. *Sed graja*, cognoscebat esse Græca, sed cujus essent nesciebat.

E coi remi ſupplir là dove il fiato
Manca de' lieti zefiri comanda.
Pronti color del ſaggio Duce al cenno
Sforzano il corſo, e quanto più ſi avanzano,
Appare al guardo lor diſtinta Sciro,
E il lido ſacro alla triforme Dea.
Approdati alla riva i due guerrieri
Quel d' Itaca, e d' Etolia il nume adorano:
Indi l' aſtuto Eroe, perchè tumulto
Dall' improvviſo arrivo de' compagni
Cagionato non ſia dentro le mura,
Vuol che ognuno de' ſuoi reſti alla nave;
Del fido Diomede in compagnia
Egli poſcia intraprende la ſalita.
Ma già il cuſtode della torre al mare
Prevenuto l' avea, chiamato Abante,
Al Re narrando che ſcorrean quei mari,
E avvicinate ſi vedeano al lido
Non conoſciute sì, ma Greche vele.
Come ſtretti fra lor di compagnia
Di verno al bujo della fredda notte
Vanno due lupi, e benchè il ventre loro,
E quel dei figli una digiuna fame
Stimoli ognora, pur ſopportan tutto
Cauti nel trattener la rabbia e l' ira,
E cheti cheti ſe ne vanno attenti,
Che dei cani non dia la vigilanza
Di loro un qualche avviſo, e dai latrati
Si riſveglino i timidi Paſtori:
Così fanno cammino a paſſo lento
I due famoſi Eroi, e mentre varcano
L' aperto campo, che nel mezzo giace
Tra il porto e la città poſta ſul monte,
Alternamente ragionando vanno.

Tydides. Qua nunc verum ratione paramus
Scrutari? namque ambiguo sub pectore quiddam
Verso, quid imbelles thyrsos mercatus, & æra, 40
Urbibus in mediis, Bacchæaque terga, mitrasque
Huc tuleris? varioque aspersas Nebridas auro?
Hisne gravem Phrygibus, Priamoque armamus Achillem?
Illi subridens Ithacus paulum ore remisso,
Hæc tibi, virginea modo si Lycomedis in aula 45
Fraude latens, ultro confessum in prælia ducent
Peliden: tu cuncta citus de puppe memento
Ferre, ubi tempus erit, clypeumque iis jungere donis;
Qui pulcher signis, auroque asperrimus ardet.
Hæc iat erunt: tecum lituo bonus adsit Agyrtes, 50
Occultamque tubam tacitos apportet in usus.
Dixerat, atque ipso portarum in limine regem
Cernit, & ostensa pacem præfatur oliva.
Magna (reor) pridem vestras pervenit ad aures
Fama trucis belli, regum placidissime, quod nunc 55

41. *Bacchæaque terga*. Id est tympana quæ (ut diximus) in sacris adhibebantur, improprie tamen terga dixit pro tergora.

Incomincia così l' aspro Diomede:
Orsu qual via terrem perchè possiamo
Il vero rintracciar, che da gran tempo
Io meco stesso ruminando vado,
Perchè dopo d' aver già provveduti
Nelle nostre città li tirsi, e i naccari,
E le pelli di tigri, e quei di damme
Sì vagamente ricamate d' oro,
E le mitre donnesche da Baccanti,
L' hai quà recate? E che? forse disegni
Di armar con queste il giovanetto Achille
Ai Trojani, ed a Priamo funesto?
Ulisse sorridendo alquanto a lui
Col volto chino: queste cose al certo,
Purchè fra l' altre vergini nascoso
Di Licomede nella reggia alberghi,
Da se medesmo palesato in guerra
Ti condurranno il ricercato Achille.
Tu ricordati ben che tutto sia
Subitamente, allor che sarà tempo,
Dalla nave recato, e a quelle cose
Uno scudo vi aggiungi; il cui lavoro
Sia di gran pregio, e rilucente d' oro.
Questo avverrà che basti; e venga teco
Agirte dotto in dare ai bronzi il fiato,
Seco porti la tromba, e la nasconda,
E all' uso, ch' io disegno, egli la serbi.
Ciò detto appena avea, che su la porta
Stessa della città vede il Re starsi,
E innalzando l' ulivo amica pace
Gli annunzia, e il primo in guisa tal favella:
Giunto sarà da qualche tempo il grido
Ai vostri orecchi di quell' aspra guerra,
O Re sopra d' ogn' altro placidissimo,

Europamque, Asiamque quatit; si nomina quæras
Huc perlata ducum, fidit quibus ultor Atrides.
Hic tibi, quem tanta meliorem stirpe creavit
Magnanimus Tydeus, Ithacis ego ductor Ulysses.
Causa viæ (metuam quid enim tibi cuncta fateri, 60
Cum Grajus, notaque fide celeberrimus unus?)
Explorare aditus, invisaque littora Trojæ,
Quidve parent; medio sermone intercipit ille.
Annuerit Fortuna precor, dextrique secundent
Ista dei; nunc hospitio me, tecta, piumque 65
Illustrate larem; simul intra limina ducit.
Nec mora, jam mensas famularis turba torosque
Instruit: interea visu perlustrat Ulysses,
Scrutaturque domum, si qua vestigia magnæ
Virginis, aut dubia facies suspecta figura. 70
Porticibusque vagis errat, totosque penates

58. *Tanta stirpe*, Stirps Diomedis Tydeus, qua genitus est. Melior autem dicebatur patre, armorum virtute. Nam alias facile poterat, cum pro improbo homine decantatus sit Tydeus Æschylo, Val. Flacco & aliis. Auson.
Conditus hic genitore bono melior Diomedes
Crimen ob uxoris pulsus dotalibus agris.

Ch' ora mette a rumor l' Asia e l' Europa:
Se brama forse hai di saper chi sieno
I rinomati Capitani, in cui
Il risoluto Agamennon si fida
Per far la sanguinosa sua vendetta:
Uno è questi figliuol del gran Tideo
Dell' illustre sua stirpe anco maggiore;
Ed io d' Itaca sono il Duce Ulisse.
Or del nostro viaggio la cagione
(A che tenersi mai da noi celato
Alcun nostro disegno a te che sei
Greco non men, che di provata fede?)
Egli è per indagar come possiamo
L' entrata aver nell' inimico regno,
Per visitarne i lidi, e de' Trojani
La difesa spiar, e i lor consigli.
A mezzo il ragionar quegl' interrompe:
Che propizia vi sia la sorte io prego,
E secondin gli Dei col favor loro
Impresa tal; ma dar vi piaccia intanto
A me, alla casa il disiato onore
Della vostra dimora; e mentre parla
Nella vicina reggia l' introduce.
Tosto accorre la turba de' famigli,
E prepara le mense, e i ricchi letti.
Ulisse intanto gira il guardo intorno
Per ogni lato della casa, e cerca,
Se mai vestigio della gran donzella
Indagar possa, o se tra tutte veda
Chi sospetta gli sia nel portamento,
O che dalla viril aria del volto
Indizio porga di mentito sesso;
E come tratto da stupor si avanza,
Nè luogo lascia, ove non ponga il piede.

Ceu miretur, adit; velut ille cubilia prædæ
Indubitata tenens multo legit arva Molosso
Venator, videat donec sub frondibus hostem
Porrectum somno, positosque in cespite dentes. 75
Rumor in arcana jamdudum perstrepit aula
Virginibus qua fida domus, venisse Pelasgos
Ductores, Grajamque ratem, sociosque receptos.
Jure pavent aliæ, sed vix nova gaudia celat
Pelides; avidusque novos Heroas, & arma 80
Vel talis vidisse cupit; jamque atria fervent
Regali strepitu, & picto discumbitur ostro.
Tum pater ire jubet natas, comitesque pudicas
Natarum: subeunt quales Mæotide ripa
Cum Scythicas rapuere domos, & capta Getarum 85
Mœnia, suppositis epulantur Amazones armis.
Tum vero intentus vultus, ac pectora Ulysses

73. *Molosso*. Cane Epirotico: nam Molossia pars est Epiri optimis canibus insignis. Virg. *Acremque Molossum Pasce sero pingui*.

85. *Scythicas*. Scythia prima est gentium Septentrionalium a Tanai, quæ usque ad Caspium sinum extenditur. *Getarum*. Getæ Thraciæ sunt populi, Daci a Romanis dicti.

Tale allor che non lungi esser la tana
Si accorge il cacciator d' aspro cinghiale,
De' cani collo stuolo numeroso
Tutta scorre d' intorno la foresta,
Finchè sotto le frondi in un profondo
Sonno disteso l' inimico vegga,
Che ad un cespuglio colle zanne posa.
Già nelle stanze più rimote, dove
Sicure fra di lor fanno dimora
Di Licomede le donzelle, scorre
Strepitosa la fama, che venuti
Erano i Greci Capitani, e al lido
La nave lor, che il Re come a' compagni
Concesso aveva lor l' albergo in corte.
Tutte l' altre a ragion da un gran timore
Turbate son, ma il suo non aspettato
Piacere Achille può celare appena:
Avidamente di veder desia
Gli Eroi stranieri, ancorchè ad essi uguale
Sia di valor il giovanetto, e l' armi.
Di real pompa intanto in ogni parte
Risuonan gli atrj del palagio, e sopra
I letti d' ostro e d' or tutti fregiati
Alla mensa ciascun disteso giace.
Chiama il buon padre allor tutte le figlie,
E con esse le vergini compagne.
Se n' entran queste nella guisa appunto,
Che là sù la Meotide palude,
Poichè le case dei vicini Sciti,
E le prese città dei Geti a sacco
Han già messo le Amazoni guerriere,
Tra l' armi, e tra gli scudi a lieta mensa
Alle fatiche lor danno ristoro.
Getta fra tanto Ulisse i primi sguardi

Prælibat visu, sed nox, illataque fallunt
Lumina, & extemplo latuit mensura jacentis:
Et tamen erectumque genas, oculisque vagantem, 90
Nullaque virginei servantem signa pudoris
Defigit, comitique obliquo lumine monstrat.
Quod nisi præcipitem blando complexa moneret
Deidamia sinu, nudataque pectora semper,
Exertasque manus, humerosque in veste teneret, 95
Et prodire toris, & poscere vina vetaret
Sæpius, & fronti crinale reponeret aurum,
Argolicis ducibus jam tunc patuisset Achilles.
Ut placata fames epulis bis terque repostis * ,
Rex prior alloquitur, paterisque invitat Achivos. 100
Invideo vestris (fateor) decora inclyta gentis
Argolicæ, cœptis: utinam mihi fortior ætas,
Quæque fuit, Dolopas cum Scyria littora adortos
Perdomui, fregique vadis: quæ signa triumphi
Vidistis celsas murorum in fronte carinas. 105

97. *Crinale reponeret aurum.* Fasciam auream notat, quam instar diadematis in fronte gerebant virgines nobiliores. Virgilius de Camilla:

Pro crinali auro, pro longæ tegmine pallæ,
Tigridis exuviæ, per dorsum a vertice pendent.

103. *Dolopas.* Populos in extrema parte Thessaliæ qui bello navasi a Lycomede superati fuerunt.

Su i volti, e sopra i petti attentamente;
Ma nella notte delle faci il lume
L' inganna troppo, e già poste a giacere
La statura di lor non ben discerne.
Lui però, che si sta con fronte alzata,
E con gli occhi all' intorno va girando,
Nè ha segno alcun di virginal rossore
All' altre ugual, tosto di mira prende,
E con un torto sguardo al suo compagno
L' accenna; che se allora il già scomposto
Giovin Deidamia sul bianco seno
Stringendolo avvertito non avesse,
E il nudo petto, e le scoperte mani,
E le spalle celate in modo onesto
Sotto le vesti, e lo sbalzar dal letto
Non gli avesse, ed il ber spesso impedito,
E la corona d' oro acconcia in capo,
Ai due famosi Capitani Argivi
Da quel momento era scoperto Achille.
Ma poi che sazj fur delle vivande
Per tre volte alla tavola riposte,
Il Re incomincia, e colle tazze piene
Gli ospiti salutando a bere invita.
O quanto invidio mai, forz' è che il dica,
L' alto disegno della bella impresa,
Che tant' onor fia della Greca gente,
Al valor vostro: O fosse al Ciel piaciuto,
Che in più robusta età mi ritrovassi
A questi moti, e quale io m' era in tempo,
Che i Dolopi domar seppi, che i lidi
M' infestavan di Sciro, e vinsi in mare.
Voi ne vedeste bene appese ai muri
L' alte poppe segnal di mie conquiste.
O se un figliuolo almeno avessi l' armi

Saltem si soboles, aptam quam mittere bello
Possem, plena forent mihi gaudia: namque juvarem.
Nunc ipsi viresque meas, & cara videtis
Pignora; quando novos dabit hæc mihi turba nepotes?
Dixerat, & solers arrepto tempore Ulysses, 110
Haud spernenda cupis: quis enim non visere gentes
Innumeras, variosque duces, atque agmina regum
Ardeat? omne simul roburque decusque potentis
Europæ meritos ultro juravit in enses. 114
Rura, urbesque vacant, montes spoliavimus altos.
Omne fretum longa velorum obtexitur umbra.
Tradunt arma patres, ruit irrevocata juventus.
Non aliàs unquam tantæ data copia famæ
Fortibus, haud campo majore exercita virtus.
Aspicit intentum vigilique hæc aure trahentem, 120
Cum paveant aliæ, demissaque lumina flectant.
Atque iterat: Quisquis proavis & gente superbus,

Atto a portar, e che ſpedire in guerra
Poteſſi, ah qual ne proverei contento,
Poichè pur vi ſarei di qualche ajuto.
Ma già le forze mie, li cari pegni
Vedete voi. E quando ſarà mai,
Che da così gran numero di figlie
Abbia a veder i teneri nipoti?
Ciò detto appena avea, che preſo il tempo
L' aſtuto Uliſſe l' interrompe: in vero
Coſa non diſpregevole vorreſti.
E chi mai ſarà quei che poi non brami
Di veder tante numeroſe genti,
E li diverſi capitani, e inſieme
Di tanti Re le ſquadre? Ha congiurato
Alla pur troppo meritata guerra
Di ſpontaneo voler quanto ha di prode,
Quanto ha di ricco la poſſente Europa.
Le ville, e le città rimangon vote:
Degli alberi ſpogliato abbiamo i monti,
E tutto il mar ſi vede ricoperto
Dalla lung' ombra delle alzate vele.
Danno gli ſteſſi padri ai figli in mano
L' armi, e ſen va precipitoſa in guerra
La gioventù, nè vien chiamata indietro.
Mai più non fia che s' offra una sì bella
Occaſion d' acquiſtar fama ai forti,
Nè più bel campo aperto unqua ſi vide,
Ove della virtù ſia fatta prova.
Così dicendo guarda fiſſo Achille,
Il qual raccoglie con attente orecchie
Le ſue parole, mentre le compagne
Piegano intimorite gli occhi a terra.
Ripiglia poi: ognun che aver dagli avi,
O dalla ſua proſapia il pregio vanta,

Quisquis equo, jaculoque potens, qui prævalet arcu,
Omnis honos illic: illic ingentia certant 124
Nomina, vix timidæ matres, vix agmina cessant
Virginea: hic multum steriles damnatus in annos,
Invisusque deis, si quem hæc nova gloria segnem
Præterit; exisset stratis, nisi provida signo
Deidamia dato, cunctas hortata sorores
Liquisset mensas, ipsum complexa: sed hæret 130
Respiciens Ithacum, cœtuque novissimus exit.
Ille quidem incepto paulum ex sermone remisit,
Pauca tamen jungens: at tu tranquillus in alta
Pace mane, carisque para connubia natis,
Quas tibi sidereis divarum vultibus æquas 135
Fors dedit: ut me olim tacitum reverentia tangit!
His decor est, formæ species permixta virili.
Occurrit genitor; quid si Bacchæa ferentes
Orgia, Palladias aut circum videris aras?
Et dabimus, si forte novus cunctabitur auster. 140
Excipiunt cupidi, & tacitis spes addita votis.

O che regger destrier' atto si vegga,
O che il dardo vibrar sappia con forza,
Over prevaglia in saettar coll' arco,
Ivi accolto sarà con grande onore.
Gareggian ivi li più chiari Eroi.
Delle timide madri, e delle vergini
Le schiere appena dal venir si restano.
Ben' è dannato ad un' ignobil vita,
E mal avventuroso quel che pigro
Di questa nova lode non si curi.
Sbalzato allor dal letto egli sarebbe,
Se Deidamia con provido consiglio
Dato il segno, e avvertite le sorelle,
Non avesse le mense abbandonato,
Abbracciata con lui, che pur si ferma
D' Itaca il Duce a rimirar, che parla,
E dal convito l' ultimo si parte.
Dal cominciato ragionar alquanto
Si tace Ulisse, e in fin poche parole
Aggiungendovi dice: or tu tranquillo
Nella tua lunga pace ti rimani,
E prepara le nozze alle tue care
Figlie, che avesti dalla sorte uguali
Alle celesti Deità di volto.
O quanto è mai, che fra di me le onoro!
Han tutte di bellezza un chiaro lume,
Mista però di certa idea virile.
Allora il padre: O se alle sacre feste
Di Bacco le vedessi, e intorno all' are
Di Pallade. Chi sa? Vuo' che le vegga,
Se cessa l' Austro nel futuro giorno.
Con gran piacere i Duci ascoltan queste
Voci del Re, che al desiderio loro,
E al meditato fine accrescon speme.

Cætera depositis Lycomedis regia curis
Tranquilla sub pace silet; sed longa sagaci
Nox Ithaco, lucemque cupit, somnoque gravatur.
Vix dum exorta dies, & jam comitatus Agyrta 145
Tydides aderat, prædictaque dona ferebat.
Nec minus egressæ thalamis Scyriades ibant
Ostentare choros, promissaque sacra verendis
Hospitibus; nitet ante alias regina, comesque
Pelides. Qualis Siculæ sub rupibus Ætnæ 150
Naides Ætnæas inter Diana, feroxque
Pallas, & Elysii lucebat sponsa tyranni *.
Jamque movent gressus: thyasis Ismenia buxus
Signa dedit, quater æra Rheæ, quater Evia pulsant
Terga manu, variosque quater legere recursus. 155
Tunc thyrsos pariterque levant, pariterque reponunt,
Multiplicantque gradum; modo quo Curetes in actu,
Quoque pii Samothraces* eunt; nunc obvia versæ

150. *Qualis*. Hæc comparatio sumitur de rapina Proserpinæ quod tempore quo rapta est, Juppiter jussit Veneri & Palladi & Dianæ adesse ibi. UNDE CLAUDIANUS: *Accelerat præcepta Venus, jussuque parentis Pallas, & infelix terret quæ mænals cornu, addunt se comites.*

153. *Æra*. Quæ facta erant in modum semilspherarum ex ære quæ sphæram conficiunt, eo quod Ceres, Cybele, & Terra eadem fertur, his in sacris utebantur, collidendo clamorem movent.

Di Licomede già tutta la corte
Cessate le fatiche in dolce sonno
Tranquillamente riposando tace;
Ma troppo lunga è pel sagace Ulisse
La notte, impaziente aspetta il giorno,
Ed il sonno gl' incresce: appena sorto
Dall' Oriente il nuovo Sol, Diomede
D' Agirta se ne viene in compagnia,
E seco porta i concertati doni.
Levate ancor di Sciro le donzelle,
De' loro usati balli, e sagrifizj
Dal Re promessi ad ospiti sì degni
Mostra volendo far s' incamminavano,
E Deidamia dinanzi a tutte l' altre
Bella compar col giovanetto accanto,
Come colà dell' Etna Siciliano
A piè delle fumose ardenti rupi
Luceva fra le Najadi Diana,
E Pallade feroce, o pur la Sposa,
Che piacque tanto all' infernal tiranno.
Or la danza incomincia, e ai sacri balli,
Che thiasi li Greci nominaro
Il suono di quei zufoli, che Ismenia
In Tebe usò, l' aria, ed il segno diede.
Quattro volte li naccari di bronzo
Da' furiosi Coribanti usati
Di Rea ne' sagrifizj e quattro volte
I tamburetti dedicati a Bacco
Battono colle mani, ed altrettante
Varie guidan coi piè belle carole.
I tirsi poi talor levano in alto,
Abbassano talora, e i passi addoppiano
Nella maniera, che in battaglia vanno
I Candiotti, o i Samotraci all' are:

Pectine Amazonio, modo quo citat orbe Lacænas
Delia, plaudentesque suis intorquet Amyclis. 160
Tunc vero, tunc præcipue manifestus Achilles,
Nec servare vices, nec jungere brachia curat.
Tunc molles gressus, tunc aspernatur amictus
Plus solito, rumpitque choros, & plurima turbat.
Sic indignantem* thyrsos, acceptaque matris 165
Tympana, jam tristes spectabant Penthea Thebæ.
Solvuntur laudata cohors, repetuntque paterna
Limina, ubi in mediæ jamdudum sedibus aulæ
Munera virgineos visus tractura locarat
Tydides, signum hospitii, pretiumque laboris. 170
Hortaturque legant, nec Rex placidissimus arcet.
Heu simplex, nimiumque rudis, qui callida dona,
Grajorumque dolos, variumque ignorat Ulyssem!
Hinc aliæ, qua sexus iners naturaque ducit,
Aut teretes thyrsos, aut respondentia tentant 175
Tympana, gemmatis aut nectunt tempora limbis.

Or

159. *Lacenas Delia*. Id est, eo gyro agebantur, quo puellæ Lacenæ celebrantes sacra Dianæ. Nam Dianæ palustre templum in Laconicæ ac Messeniæ terræ finibus est, ubi utriusque populus commune sacrificium conventumque celebrabat. In eo profectas feriatum virgines Messenii procaciter incestarunt; unde cum Messenii nullis violatores pœnis multassent, conflatum est bellum.

160. *Amyclis*. Nam Amyclæ civitas est Laconiæ, ubi hæc celebrabantur, tota autem regio Menelai imperio subdita.

170. *Hospitii*. Hoc apud antiquos maxime observabatur, ut hospites tam recipiens quam receptus invicem donarentur, ut Virgilius Æneam apud Didonem, & alias apud Acestem inducit, quæ dona ξένια vocabantur, id est, hospitalia, ξένιος, hospitalis, unde Ζεὺς ξένιος, Juppiter hospitalis.

Or l' una opposta all' altra in doppia fila
Coll' ordine, che fu delle guerriere
Amazoni col nome un tempo in uso,
Ed or legate a cerchio in quella guisa,
Che della Dea triforme ai sacri giuochi
Movono in giro il lor veloce piede
Le donne di Laconia, e in bella treccia
Saltando van per l' Amiclee contrade.
O allora sì fu conosciuto Achille,
Mentre nè passi movere a vicenda,
Nè a tempo dar le mani egli si cura.
Più del solito allora i molli passi
Disprezza, e sdegna il femminile ammanto,
E rompe i balli, e l' ordine confonde.
Così mirò la sfortunata Tebe
Bacco sdegnar i timpani, e quei tirsi,
Che dalla madre sua già prese in dono.
Dopo le molte lodi la brigata
Si scioglie al fin, e lieta se ne torna
Ver la reggia del padre, ove disposti
Ulisse aveva già dell' ampia sala
Nel mezzo i doni, che allettar gli sguardi
Dovevan delle vergini bramose,
D' amicizia ospital come per segno,
E come premio della lor fatica.
Di sceglier prega ciò che loro piaccia,
E il dolcissimo Re nè pur lo vieta.
Troppo credulo inver, o troppo incauto,
Chi non conosce i fraudolenti doni,
E gl' inganni dei Greci, e il doppio Ulisse!
Or le figlie là dove il debol sesso,
E il natural talento le conduce,
Chi ai pieghevoli tirsi il braccio stende,
Chi del suono dei timpani fa prova,

Arma vident, magnoque putant donata parenti.
At ferus Æacides radiantem ut cominus orbem
Cælatum pugnis sævis, & forte rubentem
Bellorum maculis, acclinem & conſpicit haſtam; 180
Infremuit, torſitque genas, & fronte relicta
Surrexere comæ, nuſquam mandata parentis,
Nuſquam occultus amor, totoque in pectore Troja eſt.
Ut leo, materno cum raptus ab ubere mores
Accepit, pectique jubas, hominemque vereri 185
Edidicit, nullaſque rapi niſi juſſus in iras:
Si ſemel adverſo radiavit lumine ferrum,
It jurata fides, domitorque inimicus in illum
Prima fames, timidoque pudet ſerviſſe magiſtro.
Ut vero acceſſit propius, luxque æmula vultum 190
Reddidit, & ſimili tandem ſe vidit in auro,
Horruit, erubuitque ſimul. Tunc acer Ulyſſes

Chi le gemmate fasce al crine adatta:
Volgono all' armi pur il guardo, e quelle
Credono al padre lor recate in dono.
Ma il fiero Achille allor che l' occhio pose
Più da vicino al rilucente scudo,
Che sanguinose guerre al vivo esprime,
Ed appoggiata rimirò la lancia,
Che tinta in guerra, per fortuna ancora
Di rugginose macchie ne rosseggia,
Irato ne fremè, gli occhi ne torse:
Le chiome su la fronte si drizzaro,
Della madre il comando più non cura,
E il suo celato amor più non gli piace;
Ma Troja sola gli sta fitta in cuore.
Come un leone, che lattante ancora
Dalle poppe materne sia rapito,
Nella tenera età mansuefatto,
Il pettine a soffrir nei sparsi crini,
E l' uomo a rispettar abbia imparato,
E se non comandato unqua si adira:
Se di lucido acciar mai dal temuto
Splendor gli venga l' occhio abbarbagliato,
Cessa in un tratto la primiera fede,
Al domator fatto inimico, in lui
Spegne la prima rabbiosa fame,
E fra se stesso par che si vergogni
A timido maestro aver servito.
E poichè più d' appresso egli si fece
Colà dove il chiaror del terso scudo
L' immagine di lui rendere a gara
Più lucida parea, e nel bell' oro
Non dissimile al fin egli si vide,
S' innorridì, poi di rossor si tinse.
L' astuto Ulisse allor al di lui fianco

Admotus lateri summissa voce: quid hæres?
Scimus ait, tu semiferi Chironis alumnus,
Tu cœli, pelagique nepos; te Dorica classis, 195
Te tua suspensis expectat Græcia signis:
Ipsaque jam dubiis nutant tibi Pergama muris.
Eja age, rumpe moras; sine perfida palleat Ida,
Et juvet hæc audire patrem, pudeatque dolosam
Sic pro te timuisse Thetin; jam pectus amictu 200
Laxabat: cum grande tuba sic jussus Agyrtes
Insonuit: fugiunt disjectis undique donis,
Implorantque patrem, commotaque prælia credunt.
Illius intactæ ceciderunt pectore vestes.
Jam clypeus, breviorque manu consumitur hasta, 205
Mira fides! Ithacumque humeris excedere visus,
Ætolumque ducem, tantum subita arma calorque
Martius, horrenda perfudit luce penates.
Immanisque gradu, ceu protinus Hectora poscens

194. *Semiferi*. Centauri. Nam corporis pars posterior in equum desinebat, anterior vero in hominem surgebat.

205. *Brevior*. Respectu Thyrsi, qui longior est hasta bellica.

Avvicinato con sommessa voce,
Che stai pensando? Già il sappiamo, disse,
Del Centauro Chiron tu sei l' alunno,
E del Cielo, e del Mare il gran nipote.
Te l' armata naval Dorica aspetta,
E la tua Grecia colle insegne appese,
Di Troja stessa i mal fondati muri
Già vacillanti attendono a cadere
La tua venuta. Orsù, non più dimora;
Fa ch' Ida scellerata impallidisca,
E tuo padre in udir cotesta impresa
Lieto divenga, e si vergogni insieme,
Che l' ingegnosa Tetide tua madre
Abbia avuto per te tanto timore.
Slacciando Achille il femminile ammanto
Giva dal petto, quando Agirte al cenno
Altamente suonò colla sua tromba.
Chi quà, chi là spargendo al suolo i doni
Fuggon le figlie, a lor soccorso il padre
Chiamano sbigottite, e già la guerra
Credono a quel romor incominciata:
E da se stesse allor sciolte le vesti
Cadder dal petto del garzon feroce:
Lo scudo imbraccia, e poi quell' asta impugna,
Che divenuta par molto minore.
O portento mirabile, ma vero!
Ulisse stesso, e Diomede ancora
Parve ch' egli avanzasse dalle spalle.
Dall' improvviso lampeggiar dell' armi,
E dall' acceso marzial calore
Tanto di luce in tutta quella sala
Orribilmente fu sparso all' intorno.
Indi con passo generoso e franco,
Quale se gisse allor d' Ettore incontro,

Stat medius trepidante domo. Peleia virgo 210
Quæritur: aſt alia plangebat parte retectos
Deidamia dolos, cujus cum grandia primum
Lamenta, & notas accepit pectore voces,
Hæſit, & occulto virtus infracta calore eſt.
Dimittit clypeum, regiſque ad lumina verſus, 215
Attonitum fatis, inopinaque monſtra paventem,
Sicut erat mediis Lycomedem affatur in armis.
Me tibi care pater (dubium dimitte timorem)
Me Thetis alma dedit; te pridem tanta manebat
Gloria, quaſi um Danais tu mittis Achillem. 220
Gratior & magno (ſi fas dixiſſe) parente,
Et dulci Chirone mihi; ſed corda parumper
Huc adverte libens, atque has bonus accipe voces.
Te Peleus nato ſocerum, & Thetis hoſpita jungunt,
Allegantque ſuos utroque a ſanguine divos. 225
Unam virgineo natarum ex agmine poſcunt.
Daſne? an nos humiles tibi, degenereſque videmur?

225. *Utroque ex ſanguine*. Nereum ſcilicet a ſanguine materno, Jovem vero a ſanguine paterno.

Sen va nel mezzo della Regia Corte,
Che tutta era disordine, e spavento.
Cercano in tanto di Peléo la figlia
L'atterrite donzelle, altrove piange
Deidamia, che l'amoroso furto
Teme scoperto sia; ma sente appena
I lamenti di lei l'amante Achille
Ben conosciuti dalla nota voce,
Stupido si riman, e quel vigore
Sì bellicoso indebolito cede
Alla forza de' suoi nascosi affetti.
Lo scudo abbassa, e rimirando in volto
Licomede, che attonito si resta,
E di sì strano avvenimento teme,
Tutto armato, com'è, così gli parla:
Io caro padre, non temer, ti fui
Dato dall'alma Tetide mia madre.
I Fati riserbaro a te l'onore
Di dare ai Greci il desiato Achille.
O padre, che se a me pur lice il dirlo,
Di quel famoso, che mi diè i natali,
Dello stesso Chiron mi sei più caro,
Chirone il mio dolcissimo maestro,
Porgi a me per un poco amico orecchio,
E il mio schietto parlar con pace ascolta.
Peleo vuol che suocero tu sii
A me suo figlio, il vuol Tetide ancora,
Ch'ebbe da te sì grazioso albergo.
L'uno, e l'altra d'origine celeste
Vanta le Deità del proprio sangue.
Una da tanto numero di figlie
Ti chiedon essi. Vuoi tu darla? O troppo
Di umil natale, o forse tralignati
Dal primiero splendor noi ti sembriamo?

Non renuis? Junge ergo manus, & concipe fœdus,
Atque ignosce tuis, tacito nam cognita furto
Deidamia mihi: quis enim his obstare lacertis, 230
Quæ potuit nostras possessa evadere flammas?
Me luere ista jube: pono arma, & reddo Pelasgis,
Et maneo: quid triste fremis? quid lumina mutas?
Jam socer es: natum ante pedes projecit, & addit:
Jamque avus. Immitis quoties tractabitur ensis, 235
Turba sumus. Tunc & Danai, per sacra, fidemque
Hospitii, blandusque precum compellat Ulysses.
Ille, etsi caræ comperta injuria natæ,
Et Thetidis mandata movent, prodique veretur
Depositum tam grande deæ, tamen obvius ire 240
Tot metuit fatis, Argivaque bella morari.
Fac velit: ipsam illic matrem sprevisset Achilles.
Ne tamen abnueret genero se jungere tali,

Veggo ben che il consenti: orsù la mano
Mi porgi, e meco stringi il sacro nodo.
Poichè figlio ti sono, a me concedi
Generoso perdono. Deidamia
Mi tolsi già con amoroso furto,
E come non dovea tra queste braccia
Ceder donzella fral? Qual donna mai
Da me sorpresa, alle lusinghe, ai baci
Resistere potrebbe, ai caldi amori?
E se dell' error mio vuoi tor vendetta,
Ecco l'armi depongo, ed ai Pelasgi
Le rendo, e in tuo poter quì mi rimango.
Ma perchè d'ira fremi, e i lumi offuschi?
Suocero già tu sei; e ciò dicendo
Il pargoletto fa recargli ai piedi,
E poi soggiunge: anzi avo, ecco il nipote.
Dunque di tua vindicatrice spada
Un sol colpo non basta, che più d'uno
I colpevoli siamo. Allora i Greci
Supplichevoli anch' essi aggiungon preghi
Per quanto v'ha di sacro, e per la fede
Ospital, e coi vezzi il placa Ulisse.
Il Re se ben molto agitato sia
Della figlia in udir la grave offesa,
E per ciò che già Tetide gl' impose,
Recando a suo rossor che discoperto
Venga il ricco deposito di lei,
Pur non ardisce opporsi à tanti fati,
O de' Greci la guerra differire;
Ma poi se ben ei lo volesse ancora,
La stessa madre sua in quel cimento
Achille non avrebbe rispettato.
Per non mostrar al fin che a sdegno avesse
Per genero un tal uom, si dà per vinto.

Vincitur. Arcanis effert pudibunda tenebris
Deidamia gradum, veniam nec protinus amens 245
Credit, & opposito genitorem placat Achille.
Mittitur Æmoniam, magnis qui Pelea factis
Impleat, & classem, comitesque in prœlia poscat.
Nec non & geminas regnator Scyrius alnos
Deducit genero, viresque excusat Achivis. 250
Tunc epulis consumpta dies, tandemque receptum
Fœdus, & intrepidos nox conscia jungit amantes.
Illius ante oculos nova bella, & Xanthus, & Ida,
Argolicæque rates; atque hæc jam cogitat undas,
Auroramque timet; cara cervice mariti 255
Fusa novi, lachrymas jam solvit, & occupat artus:
Aspiciamne iterum, meque hoc in pectore ponam
Æacide? rursusque tuos dignabere partus?
An tumidus, Teucrosque lares, & capta reportans
Pergama, virgineæ nolis meminisse latebræ? 260
Quid precer? heu timeamne prius? quidve anxia mandem

253. *Xanthus*. Fluvius est Troadis Simoenti junctus, qui in portum Achæorum influit.

Dalle tenebre allor, dove nascosa
Deidamia piangea mesta compare,
Nè del perdono ancor si persuade
Vinta dal suo timor, e placar tenta
Il padre, e del suo Achille si fa scudo.
Poi si spedisce nell' Emonia terra
Chi a Peleo di sì strani avvenimenti
L'avviso rechi, e la navale squadra
Gli chieda, e truppe da spedire in guerra.
Il Re di Sciro anch' esso due navigli
Al genero prepara, e con li Greci
Delle deboli sue forze si scusa.
Nei banchetti alla fin tutto quel giorno
Allegramente si consuma, e furo
Tra gli augurj le nozze celebrate.
Quindi la notte coi segreti suoi
Congiunse insieme i due felici amanti;
Ma sempre son di lui dinanzi agli occhi
E la guerra di Troja, e il Xanto, e l' Ida
Coll' Argoliche navi: ella non pensa
Ch' allo spazioso mar, al gran viaggio,
E teme che spuntar debba l' Aurora.
Al collo stretta del novello sposo
In lagrime si scioglie, e al sen lo stringe:
Sarà che ti rivegga un' altra volta,
E che posar mi possa in questo petto
Achille mio? Di nuovi amplessi ancora
Mi farai degna? O pur gonfio e superbo,
Allor che de' Trojani avrai le case
Saccheggiate, e verrai con gran trionfo,
D' esser quì stato tra le donne ascoso
Più rammentarti non vorrai? Che debbo
O pria pregar, o pria temer? Che mai
Raccomandar ti posso in questo affanno,

Cui vix flere vacat? modo te nox una deditque,
Inviditque mihi, thalamis hæc tempora nostris?
Hicne est liber Hymen? o dulcia furta, dolique,
O timor! abripitur miseræ promissus Achilles. 265
I (neque enim tantos ausim revocare paratus)
I cautus, nec vana Thetim timuisse memento.
I felix, nosterque redi: nimis improba posco.
Jam te spectabunt lachrymis, planctuque decoræ
Troades, optabuntque tuis dare colla lacertis, 270
Et patriam pensare toris: aut ipsa placebit
Tyndaris, incesta nimium laudata rapina.
Ast ego vel primæ puerilis fabula culpæ
Narrabor famulis, aut dissimulata latebo. 274
Quin age duc comitem: cur non ego Martia tecum
Signa feram? tu pensa manu, Bacchæaque mecum
Sacra, quod infelix non credet Troja, tulisti.
Attamen hunc, quem mœsta mihi solatia linquis,
Hunc saltem sub corde tene, & concede precanti
Hoc solum, pariat ne quid tibi barbara conjux, 280

Che mi lascia il poter piangere appena.
Ecco dato e rapito a me tu sei
Da questa notte sola. E tanto dunque
E' il tempo che al giacer nostro è concesso?
Quest' è la libertà dell' Imeneo?
O dolci furti, o inganni, o rio timore.
Promesso appena mi vien tolto Achille.
Ma va (ch' io mai turbar tanto apparecchio
Non ardirei) va pur, ma vanne cauto,
E ricordati ancor che non in vano
Di Tetide il timor sarà poi stato.
Vanne felice sì, ma mio ritorna.
Cosa grave per te so che domando.
Con lagrime e sospir ti mireranno
Le vezzose Trojane, e averti in braccio
Sarà loro desio per compensare
Del tuo amor col piacer l' acerba doglia
Della patria disfatta. Elena stessa
Chi sa che non ti piaccia. Elena quella
Solo dall' error suo fatta famosa.
Io della giovenil primiera colpa
Favola diverrò tra li tuoi servi,
O disprezzata rimarrommi ascosa.
Piuttosto per campagna mi conduci.
E perchè non potrò con te portare
Guerriere insegne, poichè tu portasti
Meco la rocca, e i vasi a Bacco sacri,
Nè Troja l' infelice il potrà credere.
Ma questo almen, questo sì caro pegno,
Che a misero sollievo quì mi lasci
Fa che ti resti a cuore. A me concedi
Per grazia questo sol, di cui ti prego:
Padre non divenir con moglie barbara,

Ne qua det indignos Thetidi captiva nepotes.
Talia dicentem non ipſe immotus Achilles
Solatur, juratque fidem, jurataque fletu
Spondet, & ingentes famulas, captumque reverſus
Ilion, & Phrygiæ promittit munera gazæ. 285
Irrita ventoſæ rapiebant verba procellæ.

Nè Tetide riceva da una ſchiava
Altri men convenevoli nipoti.
Mentre parla così, commoſſo Achille
Conſolando la va, le giura ſede,
Col pianto i giuramenti poi conſerma.
E tornato che ſia, nobili ſerve,
Ilio disfatta, e della Frigia in dono
Tutte l'ampie ricchezze le promette.
Ma troppo vane le di lui parole
Diſſipavano i venti, e le procelle.

LIBER QUINTUS.

EXUIT implicitum tenebris humentibus orbem
Oceano prolata dies, genitorque coruſcæ
Lucis adhuc hebetem vicina nocte levabat
A nondum excuſſo rorantem lampada ponto.
Et jam punicea nodatum pectora palla, 5
Inſignemque ipſis, quæ prima invaſerat armis
Æaciden (quippe aura vocat, cognataque ſuadent
Æquora) proſpectant cuncti, juvenemque, ducemque
Nil auſi meminiſſe, pavent, ſic omnia viſu
Mutatus rediit: ceu nunquam Scyria paſſus 10
Littora, Peliaco raptus deſcendat ab antro.
Tunc ex more deis (ita namque monebat Ulyſſes)
Æquoreis, Auſtriſque litat: fluctuque ſub ipſo
Cœruleum Regem tauro veneratur, avumque
Nerea, vittata genitrix placata juvenca eſt. 15
Hic ſpumante ſalo jaciens tumida exta profatur.
Paruimus genitrix, quamquam haud toleranda jubebas,

LIBRO

16. *Jaciens*. Ita diis maris ſacrificabant jaciendo inteſtina in mare, ut apud Livium de Scipione procedente in Aphricam dum deis maris ſacrificat, exta in mare jacit.

LIBRO QUINTO.

Uscito fuor del mare il nuovo giorno
Fra l' umid' ombre il basso mondo involto
Scoprendo giva, e della luce il padre
Dall' onde salse non riscosse pria
La face rugiadosa, e pigra ancora
Per la notte vicina in alto alzava;
E già dell' Africana sopravvesta,
Che sul petto annodata indietro pende
Pomposo Achille, e di quell' armi stesse,
Che le prime poc' anzi avea vestite,
(Or che lo chiama il vento, e la partenza
Il suo congiunto mar già persuade)
Giovine, e Capitan rimiran tutti,
Nè v' è chi rammentar cosa veruna
Delle passate ardisca, e già si teme:
Così tornò tutto cangiato in volto,
Come se mai stato non fosse a Sciro,
E come se dall' antro di Chirone,
E dal Pelio rapito or or ne vegna.
Ai Dei poscia del mar secondo l' uso,
E agli Austri (che così ricorda Ulisse)
Fa sacrifizio, e presso l' onde stesse
Al Ceruleo Signor, all' avo Nereo
Un bel toro offerisce, e placa insieme
Con bendata giovenca la sua madre.
Indi gettate agli spumosi flutti
Le gonfie interiora, così prega:
Ubbidito ti abbiam, madre, quantunque
Cosa non tolerabile volevi:
Ubbidito ti abbiam, madre, pur troppo;
Ma ricercato insin d' Argo alle navi,

Paruimus nimium, bella ad Trojana, ratesque
Argolicas quæsitus eo: sic orsus, & alno
Insiluit, penitusque noto stridente propinquis 20
Abripitur terris, & jam ardua crescere nubes
Incipit, & Scyros longè decrescere ponto.
Turre procul summa, lachrymis comitata sororum,
Confessumque tenens, & habentem nomina Pyrrhum,
Pendebat conjux, oculisque in carbasa fixis 25
Ibat & ipsa, fretum, & puppem jam sola videbat.
Ille quoque obliquos dilecta ad mœnia vultus
Declinat, viduamque domum, gemitusque relictæ
Cogitat; occultus sub corde renascitur ardor,
Datque locum virtus: sensit Laertius heros 30
Mœrentem, & placidis aggressus flectere dictis;
Tene (inquit) magnæ vastator debite Trojæ,
Quem Danaum classes, quem divûm oracula poscunt,
Erectumque manet reserato in limine bellum,
Callida fœmineo genitrix velavit amictu? 35
Commisitque ullis tam grandia furta latebris?

24. *Pyrrhum*. Ideo quia crispos, & flavos capillos haberet, ita Græce πυῤῥὸς dicitur quasi ruffus. Pyrrhus dictus quoque Neoptolemus, quod juvenis admodum ad bellum missus sit, νέος, juvenis; πόλεμος, bellum.

34. *In limine reserato*. Respexit ad Romanorum consuetudinem, qui indicto bello & ad hostes pergentes, portam ædis Jani referabant, neque postea nisi bello confecto claudebatur, unde est illud Virg.
Claudentur belli portæ.
De hoc Suetonius, Servius, & Ovidius in fastis suis.

E alla guerra di Troja or' or' ne vado.
Così Achille incomincia, e ſu la nave
Subitamente ſale, e poichè il vento
A più poter gagliardo in aria ſtride,
Dalla vicina terra è slontanato.
Denſa nube di già creſce d' intorno,
Sciro dall' alto mar s' impiccioliſce.
La moglie intanto della torre in cima
Dal pianto delle ſuore accompagnata
Col pargoletto in braccio, che poc' anzi
Manifeſtò, ed ha di Pirro il nome,
Pendente da lontan ſtava col guardo,
E fiſſi gli occhi alle gonfiate vele
Corre per l' onde anch' eſſa, e l' accompagna,
E già la nave e il mar ſola diſcerne.
Rivolge Achille ancor gli obbliqui lumi
Alle dilette mura, e fra ſe ſteſſo,
E la vedova caſa, e il pianto amaro
Di lei, che ſi riman, va ripenſando,
E rinaſce nel cuor occulto amore,
Cui la ſteſſa virtù forz' è che ceda.
Ma ben conoſce di Laerte il figlio
Di lui l' affanno, e fraſtornarlo tenta
Con queſte luſinghevoli parole.
Adunque te, che ſei meritamente
Della ſuperba Troja il diſtruttore,
Quello che voglion ſol le Greche ſquadre,
Che deſtinan gli oracoli divini,
E ſu le porte ſpalancate attende
Per ſuo forte campion la guerra deſta,
Veſtir di femminil debole ammanto
Quella tua ſcaltra madre avrà potuto?
Ed un sì raro pegno entro le tenebre
Tener furtivamente ſeppellito?

Speravitque fidem? nimis o suspensa, nimisque
Mater, an hæc virtus tacita torperet in umbra?
Quæ vix audito litui clangore refugit, 39
Et Thetin, & comites, & quos suppresserat ignes?
Nec nostrum est quod in arma venis, sequerisque precantes,
Venisses ultro: quem talibus occupat Heros
Æacides, longum est residès exponere causas,
Maternumque nefas: hoc excusabitur ense
Scyros, & indecores fatorum crimina cultus. 45
Tu potius dum lene fretum, Zephyrisque fruuntur
Carbasa, quæ Danais tanti primordia belli,
Ede: libet justas hinc sumere protinus iras.
Hic Ithacus paulum repetito longius orsu.
Fertur in Hectorea (si talia credimus) ora 50
Electus formæ certamina solvere pastor
Sollicitas tenuisse deas, nec torva Minervæ
Ora, nec ætherei sociam Rectoris amico
Lumine, sed solam nimium vidisse Dionen.
Atque adeo lis ista tuis exorta sub antris 55

50. *Fertur in Hectorea*. Peleus cum Thetidem uxorem duceret, ad nuptias omnes deos excepta discordia invitavit, quare indignata dea inter epulantes deos pomum aureum, in quo sculptum erat: (*Formosissimæ e 1o*,) projecit.

54. *Dionem*. Venerem: nam poëtæ Dionem pro Venere sæpe posuere, ut Ovidius in fastis:

Hippolyte infelix, velles coluisse Dionem.

Verum Dione ut scribit Hesiodus; & Homerus sentit, filia fuit Oceani, & Tethyos; quæ cum esset formosissima à Jove dilecta, compressaque Venerem genuit.

E ne sperò il segreto? Ahi timorosa
Madre, pur troppo timorosa, e come
Ozioso restar potea tra l'ombre
Tanto valor, che il suono udito appena
Della tromba, la madre, le donzelle,
Ed i celati amor pose in non cale.
Opra nostra non è, se prendi l'armi,
E noi, che ti preghiam, seguiti al campo,
Di tuo voler saresti pur venuto.
Ripiglia allor con tai parole Achille:
Dell'ozio annoverare le cagioni
Lungo sarebbe, ed il materno errore:
Sciro, e quelle cangiate indegne vesti,
Che violenta fur colpa de' Fati,
Emendate saran da questa spada.
Ma tu, mentre così tranquillo è il mare,
E de' zefiri s'empiono le vele,
Dimmi qual occasion ebbero i Greci,
Quale il principio sia di tanta guerra,
Poichè fin da colà sentir mi giova
L'impeto primo di sì giusto sdegno.
Ulisse ripigliando alquanto indietro
L'istoria a raccontar così comincia:
E' fama, che colà nel regno d'Ettore,
Se prestarle però dobbiamo fede,
A sciorre di bellezza la contesa
Fosse eletto un pastor, che le tre Dive
Colla speranza tenne in lunga pena,
Nè pregiò di Minerva il torvo aspetto,
O colei riguardò con occhio amico,
Ch'è del Re dell'Olimpo e suora e moglie,
Ma di Venere sola si compiacque:
Perciò negli antri tuoi la gran tenzone
Agitossi al consiglio degli Dei,

Concilio ſuperûm; dum Pelea dulce maritat
Pelion, & noſtris jam tunc promitteris armis.
Ira quatit victas, petit exitialia judex
Præmia: raptori faciles monſtrantur Amyclæ.
Ille Phryges lucos, matris penetralia cædit 60
Turrigeræ *, vetitaſque ſolo procumbere pinus
Præcipitat, terraſque freto delatus Achæas
Hoſpitis Atridæ (pudet heu, miſeretque potentis
Europæ) ſpoliat thalamos, Helenaque ſuperbus
Navigat, & captos ad Pergama devehit Argos. 65
Inde dato paſſim varias rumore per urbes,
Undique inexciti ſibi quiſque, & ſponte coimus
Ultores: quis enim inlicitis genialia rumpi
Pacta dolis, facilique trahi connubia raptu, 69
Ceu pecus, armentumque, aut viles meſſis acervos
Perferat? hæc etiam fortes jactura moveret.
Non tulit inſidias divûm imperioſus Agenor,
Mugituſque ſacros, & magno numine vectam
Quæſiit Europen, aſpernatuſque Tonantem eſt
Ut generum. Raptam & Scythico de littore prolem 75

58. *Ira quatit victas*. Junonem & Palladem, quæ tali judicio perturbatæ Trojanis ſemper infenſæ fuerunt.

59. *Amyclæ*. Civitas eſt Laconiæ in regione mediterranea Caſtoris & Pollucis patria. Hoc autem loco poëta Amyclas à vicinitate dixit pro Sparta.

Allorchè il Pelio in amorosi lacci
Il padre tuo tenea fatto marito,
E all' armi nostre n' eri tu promesso.
Quelle, che vinte fur, move lo sdegno:
Il Giudice richiede il fatal premio,
E mostrato gli vien dove in Amicle
Facilmente seguir possa il bel furto.
Ei di Frigia li boschi, sacrosanti
Ritiri della gran Madre turrita,
E dalla scure non offesi mai
Al suolo abbatte li sacrati pini.
Naviga poscia verso i lidi Achei,
E dell' ospite Atride (ahi che rossore,
E compassion mi fa la nostra Europa)
Il letto spoglia, e d' Elena rapita
Superbo indietro torna, ed Argo presa
Con pompa trionfal conduce a Troja.
Or per varie Città sparsa la fama,
Senza ch' altri ci desti a prender l' armi,
D' ogni parte ciascun a far vendetta
Dell' onor suo, ci collegammo insieme
Di spontaneo voler: mentre chì mai
Così rotta veder potria la fede
Dei patti maritali con inganno,
E la sposa rapirsi facilmente
Così come un agnella, ed un giumento,
O come un sacco vil di poche biade?
Perdita tal dorrebbe anche ai più forti.
Agenore soffrir nè pur dei Numi
Potè l' insidie, nè il muggito sacro,
Europa ricercò da un Dio rapita,
E genero sprezzò lo stesso Giove.
Aete ancor della sua figlia il ratto
Dagli Scitici lidi non sofferse;

Non tulit Æetes, ferroque & classe secutus
Semideos reges, & ituram in sidera puppim.
Nos Phryga semivirum, portus, & littora circum
Argolica incesta volitantem puppe feremus? 79
Usque adeo nusquam arma & equi, fretaque invia Grajis?
Quid si nunc aliquis patriis rapturus ab oris
Deidamian eat, patriaque a sede revellat
Attonitam, & magni clamantem nomen Achillis?
Illius ad capulum rediit manus, & simul ingens
Impulit ora rubor: tacuit contentus Ulysses. 85
Excipit Oenides: quin o dignissima cœli
Progenies, ritusque tuos, elementaque primæ
Indolis, & valida mox accedente juventa,
Quæ solitus laudum tibi semina pandere Chiron, 89
Virtutisque aditus, quas membra augere per artes,
Quas animum, sociis, multumque faventibus ede.
Sit pretium longas penitus quæsisse per undas
Scyron, & his armis primum intendisse lacertos.
Quem pigeat sua facta loqui? tunc ille modestè

Ma prese l' armi con potente squadra
Quei Re seguì, che furo semidei,
E la nave che in Ciel dovea salire.
Un mezzuomo di Frigia intorno ai porti,
E ai lidi d' Argo colla nave adultera
Impunemente noi girar vedremo?
E che? Forse giammai l' armi, e i cavalli
E il vasto mar noti non furo ai Greci?
Che se taluno dai paterni lidi
A rapir Deidamia ora n' andasse,
E a forza sbigottita si togliesse
Dalla casa del padre lei chiamando
In vano il nome del suo grande Achille?
Alla spada costui la mano stende,
E di un vivo rossor la faccia tinge.
Contento allor quì fece fine Ulisse.
Ripiglia Diomede: Anzi o progenie
Degnissima del Ciel, dicci quai furo
Gli studj nella tua tenera etade
E dell' indole prima i primi saggi:
E quai venendo poi gli anni più fermi
Semi di lode a te spargea Chirone,
E quali del valor mostrò le vie,
O l' arti, che ad accrescere son atte
Delle membra, e dell' animo le forze.
Narrale pur a noi, fidi compagni,
Dell' onor tuo cotanto appassionati;
Questa d' averti per sì lungo tratto
Di mare seguitato infin' a Sciro,
E di coteste prime armi vestito
Nostra mercede sia. Cui mai rincresca
Narrar altrui le sue onorate imprese?
Achille allor così modestamente,
Alquanto renitente, e quasi a forza

Inchoat, ambiguus paulum, propiorque coacto. 95
Dicor, & in teneris, & adhuc crescentibus annis,
Thessalus ut rigido senior me monte recepit
Non ullos ex more cibos habuisse, nec almis
Uberibus satiasse famem, sed spissa leonum
Viscera, semianimesque lupæ traxisse medullas. 100
Hæc mihi prima Ceres, hæc læti munera Bacchi,
Sic dabat ille pater: mox ire per avia secum
Lustra gradu majore trahens, visisque docebat
Arridere feris; nec fracta ruentibus undis
Saxa: nec ad vastæ trepidare silentia silvæ. 110
Jam tunc hasta manu, jam tunc cervice pharetræ,
Et ferri properatus amor, durataque multo
Sole, geluque cutis; tenero nec flexa cubili
Membra, sed ingenti saxum commune magistro.
Vix mihi bissenos annorum torserat orbes 115
Vita rudis, volucres cum jam prævertere cervos,
Et Lapithas cogebat equo, præmissaque cursu

Incomincia. Narrar più volte ho inteso,
Che alla tenera età sul crescer gli anni,
Quando al rigido monte ebbi ricetto
Dal mio vecchio maestro di Tessaglia,
Veruno io non gustai umano cibo,
Nè colle poppe saziai la fame:
Ma le viscere grasse di Leoni,
O pur di qualche Lupa le midolle
Forse ancor palpitante andai succhiando.
Questi furo di Cerere, e di Bacco
I primi doni miei, che questo solo
Il mio vecchio mi diede, e poscia seco
A gir ne' folti boschi, e più sviati
Traendomi per man con quel suo passo
Tanto del mio più lungo, e più veloce
A rallegrarmi alle vedute fiere
M' insegnava egli stesso, e non restarmi
Timoroso colà dove li sassi
Dal precipizio son rotti dell' acque,
O nei silenzj d' una vasta selva.
Impugnò sin d' allor la mano l' asta,
Dal collo mi pendeva la faretra,
E più tosto di quel che alla mia etade
Si convenia, ebbi desio dell' armi.
Al gelo, e al sole s' indurì la pelle,
Morbido letto alle stancate membra
Non ebbi mai, e fu sopra di un sasso
Comune col maestro il mio riposo.
In così aspra vita il corso intero
Di dodici anni appena avea compito,
Che già li cervi ad avanzar nel corso,
O i Lapiti a cavallo mi forzava,
Ed i dardi a seguir lanciati prima.
Spesse volte col suo veloce passo

Tela ſequi; ſæpe ipſe gradu me præpete Chiron,
Dum velox ætas campis admiſſus agebat
Omnibus, exhauſtumque vago per gramina paſſu 120
Laudabat gaudens, meque in ſua colla levabat.
Sæpe etiam primo fluvii torpore jubebat
Ire ſuper, glaciemque levi non frangere planta.
Hoc puerile decus: quid nunc tibi prælia dicam
Sylvarum? & vacuos ſævo jam murmure ſaltus? 125
Nunquam ille imbelles Oſſæa per via lynces
Sectari, aut timidos paſſus me cuſpide damas
Sternere, ſed triſtes turbare cubilibus urſas.
Fulmineoſque ſues, & ſicubi maxima tigris.
Aut ſubducta jugis fœtæ ſpelunca leænæ. 130
Ipſe ſedens vaſto facta expectabat ab antro,
Si ſparſus magno remearem ſanguine, nec me
Ante niſi inſpectis admiſit ad oſcula telis.
Jamque & ad enſiferos vicina pube tumultus
Aptabar, nec me ulla feri Mavortis imago 135
Præteriit, didici quo Pæones arma rotatu,

129. *Sues fulmineos*. Appellant poëtæ fulmineos ſues quod more fulminis obvios irati proſternant. Martial.
Fulmineo ſpumantis apri ſum dente perempta.

136. *Pæones*. Populi ſunt Macedoniæ, qui uſque ad Strymonem fluvium Thraciæ extenduntur.

Chirone allor, ch' era in età più fresca,
Ne' spaziosi campi a tutto corso
Mi conduceva in giro, e poi ch' io m' era
Dal molto calpestar l' erba già stanco,
Ridente ne godeva, e mi lodava,
Levandomi a seder su le sue spalle.
Spesso ancora passar sopra del fiume,
Quando incomincia il freddo a congelarlo,
E il ghiaccio non spezzar col piè leggero
M' imponeva il maestro. E queste furo
Di pueril età le prime imprese.
Or che dirò delle silvestre pugne?
Delle foreste, che rimaser vote
All' orrendo romor della mia caccia?
Egli non volle mai che su i dirupi
Dell' Ossa io seguitassi lince imbelle,
O coll' asta uccidessi le silvestri
Capre, che sono pel timor fuggiasche,
Ma cacciar dalle tane orse feroci,
O cinghial dalle zanne fulminanti,
E se peggior vi fosse alcuna tigre,
O da spelonca tra li monti piatta
I figli suoi lattante leonessa.
Assiso in mezzo all' antro spazioso
D' ascoltar l' avventure egli aspettava,
Di molto sangue s' io tornava intriso:
Nè prima volle ammettermi alli baci,
Se non se ben riconosciuti i dardi.
Indi alla pubertà giunto vicino
Addestrarmi alla scherma io cominciai,
Nè temei di veder in ogni forma
Del furibondo Marte il fiero aspetto.
Il maneggiar in giro l' armi anch' io
Colla stess' arte de' Peoni appresi,

Quo Macetæ ſua gæſa citent, quo turbine contum
Sauromates, falcemque Getes, arcumque Gelonus
Tenderet, & flexæ Balearicus actor habenæ
Quo ſuſpenſa trahens libraret vulnera tractu, 140
Incluſum quoties diſtringeret aëra gyro.
Vix memorem cunctos (& ſi modo geſſimus) actus:
Nunc docet ingenti ſaltu me jungere foſſas,
Nunc caput aërii ſcandentem prendere montis 144
Quo fugitur per plana gradu, ſimulacraque pugnæ
Excipere immiſſos curvato umbone molares:
Ardenteſque intrare caſas, peditemque volantes
Siſtere quadrijugos: memini, rapidiſſimus ibat
Imbribus aſſiduis paſtus, nivibuſque ſolutis
Sperchios, vulſaſque trabes, & ſaxa ferebat; 150
Cum me ille immiſſum, qua ſævior impetus undæ,
Stare jubet contra, tumidoſque repellere fluctus,
Quos vix ipſe gradu toties obſtante tuliſſet.
Stabam equidem, nec me referebat concitus amnis,
Et latæ caligo viæ: ferus ille minari 155

139. *Baleares*. Inſulæ Hiſpaniæ Majorica, & Minorica, in quibus uſus fundæ fuit, unde nomen cœpit: *βάλλω* enim jacio ſignificat.

141. *Gyro*. Graphicè deſcribit jactum fundæ, nam circunvolvuntur habenæ, & cauſatur circulus, unde videtur aër dividi in gyrum.

E i moti dei Macedoni sì pronti;
Con qual impeto i Sarmati la picca,
La falce i Geti, e i Tartari la freccia
Ustno alla battaglia, o come il sasso
Colla pieghevol fromba il Majorchino
Librar sappia reggendolo sospeso,
E quante volte coi frequenti giri
Faccia l' aria frullar nella sua rete.
Di tutti gli esercizj (ancorchè poco
Tempo scorso vi sia) sovvienmi appena.
Or m' insegnava di passar d' un salto
Dall' uno all' altro margine d' un fosso:
Or su la cima di scosceso monte
Salir correndo collo stesso passo,
Che per li piani è facile la fuga:
E talor figurata una battaglia
Sostener sopra l' incurvato scudo
Di sassi smisurati i gravi colpi.
Talor entrar nelle capanne ardenti,
O a piedi trattener nel più sfrenato
Corso quattro cavalli insieme uniti.
D' un tempo mi sovvien, che rapidissimo
Correa lo Sperchio, e da frequenti piogge
Altero e gonfio, e delle sciolte nevi,
Traea fremendo e svelte piante e sassi
Colà dove correa con maggior impeto
Spintomi a nuoto stargli saldo a fronte
Mi comandava, e rigettar quei flutti,
Ch' egli le quattro sue gambe alternando
Con tanti passi avria sofferto appena.
Io pur vi stava, e quel rapido fiume,
O il fosco orror dell' accresciuto letto
Mai ributtarmi non potero indietro:
Ei dalla riva minacciando fiero

Desuper incumbens, verbisque urgere pudorem,
Nec nisi jussus abii: sic me sublimis agebat
Gloria, nec duri tanto sub teste labores.
Jam procul Oebalios in nubila condere discos,
Et liquidam nudare Palen, & spargere cæstus* 160
Ludus erat, requiesque mihi: nec major in istis
Sudor, Apollineo quam fila sonantia plectro
Cum quaterem, priscosque virûm mirarer honores.
Quin etiam succos, atque auxiliantia morbis
Gramina, quo nimius staret medicamine sanguis, 165
Quid faciat somnos, quid hiantia vulnera claudat,
Quæ ferro cohibenda lues, quæ cederet herbis
Edocuit, monitusque sacræ sub pectore fixit
Justitiæ, qua Peliacis dare jura verenda
Gentibus, atque suos solitus pacare biformes. 170
Hactenus annorum comites elementa meorum
Et memini, & meminisse juvat, scit cætera Mater.
Aura silet, puppis currens ad littora venit.

FINIS.

Mi

159. *Condere in nubila.* In palæstorio discus erat, in quo jactando is commendabatur qui in aerem altiùs misisset, erat enim lapis gravis, & latus qui ad exercitationem corporis in auras mittebatur; qui jaculabantur oleo perfundebantur. Ovidius:

Corpora veste levant, & succo pinguis olivæ
Splendescunt, latique ineunt certamina disci.

Mi soprastava, e colle sue parole
Il vigor m' accrescea per la vergogna.
Uscirne mai, se non quando a lui piacque
Non ebbi ardir; così mi stimolava
Della gloria il disìo; nè dura mai
Dinanzi a lui mi parve ogni fatica.
Lo spinger poi col sollevare in alto
I Laconici deschi oltre alle nubi,
E lo snudarmi all' untuosa lotta,
E maneggiar il più pesante cesto,
M' era sempre di giuoco, e di riposo;
Nè tali cose di sudor mi furo
Più di quello che fosse, allorchè al plettro
Io ricercava le sonore fila
Cantando i primi onor dei forti Eroi.
Mostrommi poi con quali sughi, o piante
Sia da recare medicina ai mali,
Con quali ristagnar si possa il sangue,
O il sonno conciliar, e quali ancora
Vaglino a risaldar larghe ferite:
Come col ferro è da curar la piaga,
E quale sia per cedere agli empiastri.
Co' suoi ricordi ancor mi fisse al cuore
Di giustizia le massime più sacre,
Colle quali egli suol dettar le leggi
Più venerande agli uomini del Pelio,
Ed i Centauri suoi reggere in pace.
Questi degli anni miei furo i compagni
Esercizj, de' quali mi ricordo,
E ricordargli ancor molto mi giova:
L' altre cose le sa tutte la Madre.
Mentr' ei ragiona tacciono li venti,
E correndo la nave al lido viene.

FINE.

ANNOTATIONES
IN ACHILLEIDOS.

Lib. I. Verf. 20. *Solverat Oebalio*. Nota fabula eft, quo modo Paris poftquam contra Junonem Minervamque judicavit, Spartam duce Venere navigavit, qua expugnata Helenam Jovis & Ledæ filiam, & una divitias ejus ac thefauros rapuit. Cum ergo in patriam cum præda reverteretur eum Thetis confpicata eft, & ftatim vaticinii quod a Protheo acceperat in memoriam venit ut fcilicet filius ejus Achilles in Trojano bello effet periturus: qua re indignata in conqueftionem perrupit, & fupplex a Neptuno tempeftatem petiit, quam impetrare non potuit: fatis enim fe ille prohibere refpondit, ex quo poft longam deliberationem fub muliebri habitu in Scyro infula Lycomedis tantifper occultare filium dum bellum gereretur decrevit. *Oebalio*, Laconico. Oebalus filius fuit Argoli filii Amidatis Rex Laconiæ qui de fuo nomine provinciam dixit. Auctor Dictis Cretenfis in Trojana hiftoria, fuit alius Oebalus Thelonis filius, cujus libro 7. Virg. meminit. *Paftor*. Paris, qui expofitus crevit inter paftores & antequam a Priamo reciperetur paftor fuit.

28. *Coeuntia Phryxi littora*. Cum Phrixus & Helles per mare Hellefpontum tranfirent, Phryxus afcendit in arietem, pellem auream habentem. Helles natans ad caudam ipfius fe feffus tandem ponto fubmerfit, unde mare Hellefpontum nominatum eft. Phryxus tranfiens pervenit ad Colchos, ibique arietem occidit, & ejus pellem in templo dicavit, quam Jafon poftea cum Argonautis, Medea faciente tulit, & Creonti regi portavit.

32. *Agnofco monitus*. Cujus fuerint monitus dicit, Prothei fcilicet, qui fore prædixit ut filium in Trojano bello amitteret nifi caveret. Protheos autem Tethios & Oceani, Auctore Hefiodo in Theogonia, filius fuit, qui & futura prædicebat & fefe in varias figuras convertebat; patria ei fuit Pallene Theffaliæ civitas, fed Carpatum & Ægyptum aliquando regno tenuit, & Bellona inquit quæ nurum Priami comitatur faces præfert non quæ nuptiis adhiberi folent, fed quibus Ilium fit arfurum. Noctu nubebant apud majores noftros, & propterea tres pueri patrimi & matrimi adhibebantur nuptiis: duo qui nubentem tenebant; tertius qui facem præferebat ex fpina alba nuptiis aufpicatiffima. Ex ea enim fibi paftores fecere qui Sabinas rapuerunt.

35. *Ionium*. Nam ex infulis vicinis, & mari Ionio auxilia venerunt Atridis contra Trojanos, ut Ulyxes. Incipit Ionium ab acroceraunis montibus, ubi definit Adriaticum finitur ad Maleam. Olim pars erat Adriatici, tefte Paufania. Et Ionium ab Ionio Dirachi filio, quem per errorem Hercules occidit, & in mare projecit, ut illi cognomen imponeret appellatum tradit Appianus Alexandrinus. Ægeum vero dictum a crebris infulis, quæ in eo funt, & procul afpicientibus caprarum exhibent fpeciem, five ab Æge Amazonum regina, quæ illic periit, five ab Ægeo Thefei patre qui fe in illud præcipitavit, five ab Ægis maritima civitate, quod Straboni placet.

44. *Rhœtæa*. Iliacæ, Paridis fcilicet. Rhœtium mons eft vicinus Ilio, in quo urbs fuit ejufdem nominis, juxtaque euntium cum Ajacis tumulo & templo & ftatua quam ab Antonio ablatam & in Ægyptum afportatam Auguftus Cæfar Ilienfibus reftituit.

93. *Caphareus*. Mons eft in-

fulæ Eubœæ editiffimus in Hellefpontum perfpiciens, in cujus vertice templum fuit Cælei Jovis. Ad hujus radices vel ira Palladis vel Nauplii regis Eubœæ fraude Palamedis filii ulcifci mortem cupientis, Græcorum claffis rediens everfa Troja afflicta eft. Nam laborantibus tempeftate facem in Caphareo fuccendit, illi portum in proximo effe opinati in afperrimos delati funt fcopulos, multique naufragium fecere.

101. *Connubialia pandunt*. Id eft, antra in quibus Peleus Thetidem reluctantem compreffit ufus Prothei vaticinio, qui ei confulenti fe Thetidem tenere non valiturum quod in varias formas mutaretur, refpondit omnino illis mutationibus cedendum non effe, quod cum feciffet, tandem dea in conjugium ejus confenfit.

175 *Patroclus*. Cum Achilles fureret adverfus Agamemnonem propter Brifeidem noluit egredi ad pugnam adverfus Trojanos, tunc rogatus ut vel arma fua Patroclo daret, quæ manu erant fabricata Vulcani, perfuadente Ulyffe conceffit. Egreffufque Patroclus cum armis ejus fufpectus ab Hectore occifus eft; illaque arma abftulit Hector.

177 *Æquali fato*. Nam uterque licet difpari corporis robore, pari tamen morte cecidere in obfidione Trojana, Patroclus enim primo ab Euphorbo ad interitum vulneratus, ab Hectore mox multis obfcenifque vulneribus interemptus eft. Achilles vero Paridis fagitta in templo Apollinis in planta pedis percuffus occubuit.

192 *Minoi bracbia tauri*. Indicato a fole adulterio Martis & Veneris Vulcanus minutiffimis catenis lectum cinxit, quibus Mars & Venus ignorantes impliciti funt, & cum ingenti turpitudine refoluti fub teftimonio cunctorum Deorum, quod factum Venus vehementer dolens ftirpem omnem Solis perfequi infandis amoribus cœpit. Igitur Pafiphae folis filia, Minois regis Cretæ uxor, tauri amore flagravit, & arte Dædali inclufa intra vaccam ligneam ; feptam corio juvencæ pulcherrimæ cum tauro concubuit, unde natus eft Minotaurus qui intra Labyrinthum inclufus humanis carnibus vefcebatur. Sed Minos de Pafiphae habuit liberos plures, Androgeum, Ariadnem, Phœdram. Sed Androgeus cum effet athleta fortiffimus, & fuperaret in agonibus cunctos apud Athenas, ab Athenienfibus & vicinis Megarenfibus conjuratis occifus eft. Quod Minos dolens collectis navibus bella commovit, & victis Athenienfibus pœnam ftatuit hanc, ut fingulis quibufque annis feptem de filiis, & feptem de filiabus fuis edendos Minotauro mitterent. Sed tertio anno Ægei filius Thefeus miffus eft, potens tam virtute quam forma, qui cum ab Adriane regis filia amatus fuiffet, Dædali confilio iter rexit, & necato Minotauro, cum rapta Ariadne victor aufugit. De Minotauro enim fabula eft, quod taliter fuiffet genitus. Nam taurus notarius Minois fuit, quem Pafiphae amavit, cum quo in domo Dædali concubuit: & quia geminos peperit unum de Minoe, alterum de tauro, enixa effe dicitur Minotaurum.

Lib. II. Verf. 12. *Ægeona nexus*. Rem fabulofam profequitur, nam quæ de gigantibus traduntur fabulofa omnino funt. Cum enim in Phlegra loco Campaniæ pugnaffe fcribantur, quomodo fieri potuit ut in Sicilia fit Enceladus, Othus in Creta, Typhœus in Campania, ut *Inarime Jovis imperiis impofta Typhœo; Æ*geon in Scyro? nam modo apparet Thetidem juffu Jovis Scyrum acceffiffe obfervaturam vincula Ægeonis qui ibi relegatus erat ad fcopulos. Hic autem eft auctore Homero Centimanus, quem dii Briareum, homines vero Ægæona vocant.

156. *Ritu Amazonio*. Nam Amazones eorum Scytharum uxores fuêre, qui per factionem optimatum domo pulfi in Cappadociæ ora juxta amnem Thermodoonta confederunt,

ubi per multos annos spoliare finitimos consueti, conspirat one populorum per insidias trucidantur. Eorum igitur uxores videntes exilio suo additam orbitatem arma sumpserunt, finesque suos summoventes primo, mox inferentes bella defendunt. Nubendi quoque finitimis animum omisere. Tandem pace armis quæsita ne gens interiret concubitum finitimorum ineunt. Si qui mares nascerentur interficiebantur, feminas vero non ocio, neque lanificio, sed armis, equis, venationibus exercebant inustis infantium dexterioribus mammis, ne sagittarum jactus impediretur, unde Amazones dictæ sunt ab α quod est sine, & μαζὸς mamma. Duravere autem usque ad tempora Alexandri magni.

Lib. III. Vers. 51. *Hecateïa*. Id est, Dianæ consecrata. Nam in Aulide Dianæ ædes fuit memoratissima multis seculis ante Trojanum bellum, ut scribit Plinius, ædificata. In cujus loco cervam ab Agamemnone confossam fuisse constat, pro qua coactus est Iphigeniam filiam immolare Dianæ. Hecaten enim Dianam dicimus, qua appellatione est & Luna & Proserpina. *Aulis*. Aulis nobis est portus terræ Phocidis, ubi classis primo consedisse dicitur Græcorum, qui in eo conjuravere se in Græciam non ante reversuros quam Ilium everteretur.

89 *Phlegræa in castra coirent Cælicolæ*. Phlegræi campi sunt in Campania non longe ab Acherusia palude & Cumis, ubi gigantes auctore Strabone cum imperium cæleste affectarent, a diis profligati sunt, in quorum pugna cum multi fulminibus e cælo dejecti interemptique essent, reliquos qui superfuerunt ad Leucam oppidum Calabriæ ab Hercule pulsos tradunt confugisse, contractosque subiisse terram, quos ideo arma contra deos tulisse fictum est, quia terra ipsa suapte virtute præliorum concitatrix est.

90 *Angues*. Id est, ægida. Nam ægis munimentum est pectoris æream habens in medio Gorgonis caput, quod munimentum si in pectore numinis fuerit, ægis vocatur, si vero in pectore hominis, sicut in antiquis imperatorum statuis fuit, lorica dicitur, unde Martialis:

Dum vacat hæc, Cæsar, poterit lorica vocari:

Pectore cum sacro sederit, ægis erit.

197. *Bacchi Agenorei*. Id est Thebani ex sanguine Agenoris. Nam Cadmum Agenoris tradunt ex Phœnicia ad investigandam Europam sororem a rege missum ea lege, ut aut virginem secum reduceret, aut in Phœniciam non rediret, & cum diutius quæsitam virginem non inveniret in Bœotia ædificatis Thebis permansisse, ubi ex Hermione uxore Veneris filia Semelem, Inonem, Autonoem, Agavem, ac Polydorum progenuit; quarum Semelem cum Jupiter dei majestate assumptâ cum tonitribus & fulgure descendisset, gravidam fecit: illa prægnans cum neque fulguris, neque tonitrus vim ferre posset, edito per abortum filio igne expiravit. Juppiter infantem (ut tradit Diodorus) nymphis educandum misit per Mercurium Nysam, quod antrum est inter Phœniciam & Nilum, unde ab Jove Nysaque appellatus est Dionysius. *Agenorei* igitur quia ex Cadmo Agenoris filio originem ducit, qui Thebas ex oraculi responso condidit.

199 *Trieterica*. Sacra erant Bacchi ita denominata, quod cum Bacchus in Indiam cum exercitu transisset, triennio post multis cum spoliis in Bœotiam rediit, primus omnium triumphans elephanto Indico vectus. Unde Bœotii cæterique Græci, Thraces quoque in memoriam expeditionis Indicæ sacra Trieterica ei instituerunt, unde in multis Græciæ urbibus tertio quoque anno mulieres conveniunt, apud quos de more virgines thyrsum ferunt in honorem dei bacchantes, eique per cœtus sacrificantes hymnos & cantus renovant.

220. *Evius*. Bacchus. Nam plurima ei cognomina ab rebus quas egit sunt ab hominibus indita: Bacchum enim alii a mulieribus, quæ Bacchantes illum sequebantur dixere, alii a torculari quo vinum exprimitur Leneum. Quidam Bromium a tonitru, qui in ejus ortu contigit. Triumphator etiam appellatur, quod primus (ut dictum est) omnium de Indis elephanto invectus triumphaverit. Evius insuper cognominatus est quod cum in bello giganteo dilaniatus a gigantibus (ut scribit Orpheus) fuisset, Juppiter eum quærens magnis clamoribus, & lamentationibus ita appellabat. Evoe, id est, bone fili. Nam εὖ bene, υἱὸς Græce, filium sonat Latine.

Lib. IV. Vers. 99. *Epulis bis terque repostis*. Notat divisionem cœnæ, quæ antiquis triplex in Antecœnam, Cœnam propriè dictam, & Mensam pomorum. Antecœna: erat Missus primus, qui & Gustatio seu gustus atque etiam promulsis dicebatur, quod primam sitim antiqui ferè mulso sedarent. Cœna: Missus secundus erat, in quo præcipui cibi: Mensa pomorom Missus tertius in quo bellaria. Vide quæ notavit late Lipsius Antiquarum lect. lib. III. Ad ea quæ Lipsius de Promulside notavit, adde locum hunc Tertulliani de Pallio: *Vereor sanè ne parva sit ista trutina, cum Drusillanus & quidam servus Claudii quinquagenariam promulsidem ædificat, suprascriptis fortasse mensis necessariam*. Posuit *promulsidem*, pro ipso *promulsidario*, id autem est vas quo promulsis continetur. Ulpianus lib. XI. §.argento, de auro & arg. leg. *scutellas vel promulsidaria contineri*.

152. *Sponsa tyranni*. Hoc est Proserpina uxor Plutonis, nam Pluto cum ex inferis ad superos egressus esset fundamenta Siciliæ inspecturus (quæ tunc Typheo superimpositam insulam abjicere conante aperiebantur, & lucem usque ad inferos mittebant) Proserpinam in Campis Ætneis flores legentem conspexit; eamque ad inferos ductam matrimonio sibi conjunxit. Solinus vero scribit in Sicilia campum Ætneum esse floridum & semper vernantem, ubi & demersum foramen aspicitur per quod Ditem ad raptum Proserpinæ exeuntem fama est habuisse lucem; ommitto quæ ab Eusebio, Augustino, & Varrone traduntur de Proserpina.

158. *Quoque pii Samothraces*. Pios Samothraces dicit quia rerum divinarum cultores extitisse produntur, hincque maxime probatur quod tradunt Samothraces ante Deucalionis diluvium, aliud quoque antea magnum apud eos extitisse. Id primum ab Hostio Cyaneo deinde ab Hellesponto erupisse tanta aquarum inundatione, ut Asiæ magna pars, juxta mare sita, fuerit absumpta diluvio, plana quoque Samothraciæ ora, crescente mari vastata est, decrescente deinde mari accolas vota diis fecisse, salutemque consecutos, circum insulam salutis terminos statuisse tradunt, erexisseque aras in quibus sacrificarent, adeo ut palam sit ante diluvium eam insulam habitatam, hincque Dardanum Jovis & Electræ filium edoctum fuisse a patre ceremonias initiandi, quas haud fas est audire nisi initiatos. Hic postea in Asiam transiens deos Penatos in Phrygiam advexit, quos mox Æneas Iliam ex Phrygia detulit. Horum autem sacrorum ministri Caberi, & Corybantes, & Curetes sunt nominati, qui in sacris armisonam quandam cum saltibus agilitatem edebant.

165. *Sic indignantem*. Ita (inquit) se habebat Achilles in neglectu saltationis, ut Pentheus, cum Bacchi sacrificia contempsit. Nam Pentheus Echionis & Agaves filius Thebarum rex Liberi patris sacra contemnens, cum eo accessisset, ubi illa celebrabantur, ab Agave matre temulentia & furore percita, interemptus est, unde a luctu sortitus est nomen: nam πένθος significat luctum. Pagus autem ex quo Pentheus deductus, & discerptus fuit

Scolus appellatur in ora Asopia sub Cithærone, auctor est Strabo.

Lib. V. Vers. 61. *Turrigeræ*. Nam coronam turritam dicitur gestare, & hujus fictionis talis est ratio. Cybele enim deûm mater curru vehi dicitur, quod ipsa est terra, quæ pendet in aere. Sustinetur autem rotis quia mundus rotatur, & volvitur. Et ei subjugantur leones, ut ostendatur maternam pietatem totum posse superare. Ideo Corybantes ejus ministri cum strictis gladiis esse finguntur, ut significetur omnes pro terra sua debere pugnare. Quod autem turritam gestat coronam, ostendit superpositas terræ esse civitates, quæ turribus insignitæ sunt.

160. *Cestus*. A cædendo. Ludus in quo ludentes manicas corii induebant, & juxta manum plumbeas pilas habebant, quibus invicem cædebantur usque ad necem: interdum & cæstus cæsti dicitur, hoc cestum sine æ cingulum est Veneris, unde Homerus κέστον ἱμάντα appellat ἱμὰς ἱμάντος cingulum significat.

F I N I S.